

Notes du mont Royal



www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

LVCIANI

SAMOSATENSIS

HERMOTIMVS, SEV

de Sectis, Dialogus sanè perq; ele-

gans ac festiuus, Obsopæo

interprete.

319773

Eiusdem item Dialogi Amatorij quatu
or, Chiliano Mansueto interprete.

Plutarchi Cheronensis, de liberorum

educatione libellus, Ioanne Metzler

interprete.

Tanomia hec recens uersa
ac edita.

Haganoë per Iohan. Sete.



Τοῖς φιλόσοφοις οὐ ποτέ
ὑπάκουειν.

ω̄ τῶν μανοφόρον στιμόντε σοφῶν γένος αὐδρῶν
τί φθ' ὅυτας ἀσσφῆ βύδκιμεῖς σοφίαι;

ἢ ποὺ δημιατίδην μάλα μυτήνων μελελῶνας
τείρει μὴ πολλοῖς ἀλγεσιν ὑμετέρας

κοῖνα φρονεῖτ' ἀπρείταντες φλικαφούστε τυφούστε

ἐν μὴν τοῖς ἔργοις οὐκ ἐπεστίστη

ζεῦς λὴ τὸ ξεκοῖσθου τείρατα μακρὰ μίσωσ,
μὴ λάθετ' εἰς λίρας ταῦτα αὐτούς μεγενούσθεν.

P R A E F A T I O
CLARISSIMO
VIRO, DOMINO CHRI
stophorō Gugelio, Legum Im
perialium Doctori pē
ritissimo, Vincenti
us Obsopœus,
Salutem.



Nanis illa Philosofia,
Christophore ornatiss. quam etiā
Paul⁹ summo studio
cauendam docuit, si
nō alio nomine sem
per apud cordatos fu
isset in odio, certe eam ob causam debe
bat sapientibus & ingeniosis hominibus
iure optimo esse suspecta & inuisa, quod
hæresibus pene innumeris, & per hoc di
uersissimis esset infecta & obscurata.
Quemadmodum enim corpus, quod ex
diuersis inter se membris, nec cohærenti
bus, compositum est, uerum & natura

P R A E F A T I O

opifitio consentaneum esse non potest,
sed potius monstrum existimari debet,
cuiusmodi in exordio artis poeticæ ad
umbrauit Horatius. Ita nec ulla unius
alicuius disciplinæ professio seu uitæ ras
tio sana & recta habēda est , quæ sectarū
diuersitate & discrepantia distracta & ui
tiata est . Qui enim ad aliquem finem
eius rei ullus potest patere exitus , cuius
initia sunt incerta & repugnantia , & viæ
nullo modo inter se cōueniunt . Veluti
de rerum principiis , de bonorum finib⁹ ,
breuiter de rebus omnib⁹ inter se dissens
tiunt , discordant & dissident Philosophi ,
cum hic aerem rerū principium fuisse
contendat , ille aquam , ab Homero forte
persuasus affirmat Oceanum omnium
rerum esse parentem . Alter particulas
nesciò quas similares , quartus ignem ,
quintus aeris infiniti raritatem & densi
tatem , sextus litem & amicitiam . Quib⁹
annumeratus Pythagoras ex numeris &
horum dimensionibus omnia fluxisse
μάλας φύλασσεικώς confirmat .. Rursus
hic bo

P R A E F A T I O

hic bonorum finē in uoluptate & delitiis
sitā habet, ille in indolentiae præstantia,
alius in ficto & falso uirtutis uocabulo.
Est qui in dignitate & summis atq; am-
plissimis honoris & gloriæ gradib⁹ uitæ
beatæ summā collocat. Nam quoscum
percensere attinet, quām cōtraria & pug-
nantia de mundo, anima & Diis statuer-
rint, eum hic interiturū mundum, aliis
sempiternū fore cōfinxerit, hic igno-
rabilis, aliis nouos subinde exoriri com-
mentus sit. Quo de numero est mollis &
uoluptarius ille Epicurus & Democrit⁹.
Iam qui sunt e schola Pythagorica ani-
mam numerū seipsum ciētem esse defi-
nierunt. Aristoteles entelechianī primā
corporis. Alius quatuor elementorum
harmonian. Et ne cuncta persequendo
epistolæ angustias trāsgrediar, cuiq; pro
suæ ratiōis intellectu, aut quod uerisimili-
lius est pro nocturnis somniis semp̄ alia
atq; alia res uisa est anima: adeo, ut si col-
latæ inter se se fuerint de illa philosopho-
rum opinōes, anima res erit omnium

P R A E F A T I O

monstrorū mōstrosissima. Deinde, quōt illorū sunt qui Deos omnino esse negāt, rursus quōt sunt qui īumeros esse somniant. Omitto, quā absurdā & ridicula de sole & luna impudenter métiantur. Præterea quā stulta & insulsa, quām uana & nugatoria de materia, de motu, de infinito, de loco, de uacuo, de tempore, de Idæis, de atomis, de nubib⁹, de uentis, de pluuiis, fulminibus, tonitribus, deq; reliquias hoc gen⁹ meteoris disputent. Ita, ut si rem proprius cōtempleris, in tota philosophia nihil cernas aliud quā confusissimam quandā repugnantissimārū opinionum confusionē, & uerborum pugnas nunq̄ finiendas, ut recte infra mihi scripsisse videatur Lucian⁹, πάντας, ὡς ἐπειδὴν τοῦ οὐνού σκιᾶς μάχεσθι τὸν φοῦντας. His ergo nugis cum melior selec̄tissimæ iuuentutis pars pulcherrimis ingenii prædita perderetur, & ad ciuiliū rerum administrationē capessendā in upiuersum inutilis redderetur, credo Luciano implacabili philosophorū hosti, fuisse.

in con-

P R A E F A T I O

in cōsilio, ut hunc de sectis philosophicis dialogum cōscriberet: uel ut illorū insig nem stultitiā, pro more suo, false subsan naret: uel ut palam faceret, nullo modo quenq̄ exactam philosophiæ cognitionē parare posse, propter sectas in ea multi plices, & uias diuersissimas. Mihi, quoti es anio & memoria mecū repeto ueterū philosophorū discordes disciplinas, sem per succurrit nostra religio, quæ & ipsa ita sectis & diuersis uiuēdi modis discerpta est, ut neq; in ea quicq; māserit sanū, syncerum & integrū, profligata fide & uera pietate extincta, donec lucis Euangeli cæ exortu imposturæ diaboli sagaciter deprehensæ sūt, & hæc ignoratiæ nostræ caligo discussa est. Sed ad Lucianum re grediamur, qui si hoc tempore reuiuisce ret, & nōnullorū Gymnasiorū studia uiz gilantius cōsideraret, Dii boni, quod illi misero Hermotimi forent cōscribendi. Nā si q̄s facta collatib⁹ nōstros Philo phos cū ueterib⁹ cōposuerit, & utrorisq; philosophiam penitus excusserit, non

P R A E F A T I O

dici potest, quāto feliciores prisci illi nostris existimandi sunt. Qui, tametsi in multas hæreses erāt distracti, & omnib⁹ ferme opinionib⁹ inter se se discordabāt, digniores tamē habuere magistros quos sequerentur, nempe Platonē, Aristotelē, Cratippum, Zenonē, Epictetū, aliosq; in numeros. Nostri plane neminē (negles etis his quorū nominibus & titulis impudenter gloriari solent) quā spūcissimā illam fecem indoctissimotū Sophistarū & imundissimas illas ranas, neq; nō locutas loquacissimas Occam, Scotū, Thos mam, & qui inde nati sunt, Eccios, Lem pos, Oxenfardios, Bruxellenses, Vsingi os, Tartaretos, Versores, & id genus innumerabiles pueriores, rectiorū studiorū pestes præsentissimas, sectarū Magistros stupidissimos Modernaliū, Realis um, Thomistarum &c. Quos tu non semel pros sua imunda cōclusionū saliuas, hoc est, de lana caprina, ad aras usq; immodestissime depugnātes uidisti, in quo erroncarū opinionū pelago, & te aliquā dona

do nauē fregisse cōspeximus, sed statim
fōeliciter enatasti, positaq; tabula, & ra-
so capite ad meliora studia te cōtulisti,
atq; hoc est quod iam plurimū tibi gra-
tulamur. Vide uero, quæ istorum homis-
num fuerit amentia, aut potius extre-
ma cæcitas & peruersitas, cum ad perdi-
scēdas sacras & diuinas literas per istam
sextarum colluuiem om̄ibus uix alia uia
fuit ascēdendū, nemine. s. in albū Theo-
logistarum recepto, nisi alicui sectæ no-
men ante dedisset, eamq; ferme nuga-
cissimarū nugarum plenis faucibus ex-
hausisset, & ita promouisset, ut clamos-
te, barbarie, & impudentia, cū quo quis
ex æquo decertare posset. Ex his ita lo-
custis Magistri Nostri orti sūt, p̄clarū il-
lud genus hominū, per quod non solū
quicquid humanarū fuit literarū extre-
me corruptum & cōtaminatū est, uenū
oīa quoq; sacra irreligiosissime p̄fanata
sunt. Qua de re (quando iam oībus li-
quet) hic nō est plixius disputādi locus.
Iā quāq; & apud Germanos rectiora stu-

P R A E F A T I O

dia caput erigere cœperint , mirū tamē
q̄ multis adhuc in locis frigeant , regnā-
te etiādū puerſæ & inanis philosophiæ
studio Magistrorū Noſtrorū propugna-
tione & opera . Et formant adhuc artiū
& philosophiæ Magistri , belli ſ. & inſu-
gnes aſini , q̄bus ne nomē quidē philoſo-
phiæ recte cognitū eſt . Non , q̄ hunc ritū
in Gymnasiis coronādi , aut ornādi meri-
tos damnem : ſed qđ indignū facis eſſe
putem , eiusmōi bestias hoc potiſſimū in-
ſigniri titulo , & quo abſunt longiſſime ,
ſiue eorū uitam ſpectes , ſiue eruditionē
ppendas . Nā cū phibeāt ex philoſophia
utriq̄ iuxta & morū elegantiā , & mul-
tarū rerū cognitionē parari , illi tñ inte-
rim neq̄ ulla morū ciuitate ſunt orna-
ti , neq̄ ulla liṭerarū peritia , aut rerū uel
tenui iudicio perpoliti . Et hi tandem ſunt ,
quibus in Academiis integrū eſt docere
liṭeras , clauū ſcholæ tenere , iuuentutis
Magistros eſſe , melioribus & doctiorib⁹
per ſycophantiā & impudentiā loco mo-
ris & ejectis . Illorū ergo fastū & arrogan-
tiam

P R A E F A T I O.

tā hoc dialogo egregie ridet Lucianus,
qué nos, qđ esset lūme elegans, & hacte
nus & nemine uersus (quantū quidē nos
bis ea de te compertū est) per hæc Dio
nysia , ne totū me traderē pociis, latini
tate donauimus , qué etiā noīs tui auspi
cio in lucem edimus, quo saltem aliquā
ex pte ob tua in me studia & officia, me
tibi memorē & gratum esse declararem.
Qđ si parū Lucianicæ elegatiæ, delicias
uideor expressisse , aut non passim sente
tiām affecut⁹ esse , uelim cogites, prima
esse eius laboris experimēta et progym
nasmata : quibus si minus satifecimus ,
magnis certe ausis excidimus. Debetur
etiā iure προταπίρω venia. Cæterū his,
qbus mea uersio seu conat⁹ poti⁹ sorde
bit et improbabit , tantū hoc dictū fit, ut
aut & lectione libelli mei abstineat, aut
iþi quo sunt ingenio et eruditione excul
ti , aliqd pfectius et elaborati⁹ in mediū
afferat. Tu uero Christophore ornatis,
bene vale, ac nos , ut cœpisti , solito stu
dio et amore psequere. Norinbergæ,
xy. Calen. Martii. An. M. D. XXVII.

L V C I A N V S

HERMOTI

magis seu de Sectis, Lucianus,
interpretate Vincentio
Oblopoeo.



Vantum cum ex codice , tum pperandi studio coniecturā facere licet, Hermotime , ad præceptorē gradum maturati similis esse uideris. Volutas uero sedula agitatione inter pges diendum aliquid in animo , cum ipsa lassitia cōmouere soleat sensim , & tacite sub murmurando . Quin etiam ipsam manū . iam in harpe in integrā partem transfers , quasi orationē aliquam apud te digeras , quæstionem autē , aut alioqui ex obliquis illis captiunculis quiddā componis , aut etiam disceptationē sophisti cām cōminisceris . Ita , ut neq; per uiam incedens oīum agere sustineas , uerum semper

D E S E C T I S

semper in negotio seruens, & sedulus num
quam non quippiam seriæ rei conficis,
adeo, ut itineris quoq; laborem ad disci-
plinatū exercitiū referre soleas. H E R.
Sane per Iouem Luciane, tale quiddam
est quod dicis. Cōmodum enim hesters
næ cōuersationis disputationē , quæq; il-
le ad nos differuerat singula recogitādo
inter eundum in memoriam reuocabā.
Æquum uero esse opinor , nē quod tem-
pus temere & negligēter pratereamus ,
p̄ssettim cum nobis obscurum non sit ve-
rissimū esse quod dixit medicus Hippo-
crates , nimirum, hanc uitam angustis
circumscrip̄ta esse terminis, ip̄am uero
attem infinitæ plixitatis. Sed enim hoc
ipsum ille de arte Medica protulit , quæ
quidem res longe minore labore perdi-
scit. Cæterū philosophia multo tempo-
re haud ita comprehensu facilis est , nisi
quis summa uigilantia inconiuenter &
ppetuo oculos habuerit in ea coniectos.
At qui neq; de paruis rebus , aut iudicris
uenimus in periculū , aut enim oportet

L V C I A N V S

miserā & ærūnosam in pmiscua priua-
torum multitudine ætatem agere, aut
philosophiae studiis excultū, uitam fœli-
cem degere. LVC. Ipsa quidē præmia
quæ dixisti o Hermotime, admiratio-
nis plena sūt, & quātiuis precii existimā-
da, porro opinor illa ipsa ferme te conti-
gisse, neq; ita procul & te esse seposita, si
quo modo fas est cōiecturam facere ex
temporis longitudine, quod in philoso-
phiæ studiis pēdiscendis cōtriuisti: insu-
per etiā ex labore, quem mibi nō medi-
ōcrem, aut uulgarem iam olim impen-
disse uisus es. Etei. si recte cōmemini, hic
ferme annus est yigesimus, ex quo te ni-
hil aliud rei facere conspexi, quām præ-
ceptores frequentantē, & q̄plurimū li-
bris prono & obstipo capite intentum.
Adhæc dissertationū philosophicarū cō-
mentarios describentē semp diutinis cu-
ris & cogitationibus pallidū, exuccoq;
corpore prorsus aridum, adeo ut somni
quoq; parcissimus mihi uisus sis, ea tua
est in studiis urgendis frēquentia & sedū-
litas

D E S E C T I S.

litas. Hæc itaq; cum mecum memoria
repeterem, breui fore spero, ut exopta-
tam fœlicitatem apprehédas, atq; adeo
nisi nobis ignaris imposueris, iam dudū
cum illa conuersatus es. H E R. Vnde
nam hanc animo spem concipiso Luci-
ane, qui ad uiam prolatu iam primum
capite pspicere incipio. Ipsa porro Vir-
tus, si quid Hesiodo credimus, ualde pro-
cul sita est, ad quam pertingendam, ut
uia est longa, ita non minus ardua & as-
spera, non parum sudoris & laboris uia
toribus exhibens ē L V C. Ergo non
dū satis tibi sudatū est, neq; satis itineris
confectū ē H E R. Mihi quidē non ui-
detur, nihil em̄ mibi præpedimēto esse
uiderem, quo minus nō per om̄ia fœlix
essem, si unq; mihi cōcessū fuisset i lūmo
fastigio cōsistere, nūc uero Luciane tan-
tum adhuc incipio. L V C. Atqui prin-
cipiū ille ipse Hesiodus dimidiū totius
esse dixit. Itaq; si iuxta mediū ingressum
te esse dixerimus, fortasse non multū &
uero aberrabim⁹. H E R. Nullo modo

L V C I A N V S

ne hoc quidem dixeris, quantūuis multā
nobis cōfēctū sit. L V C. Pfoinde, ubi
tandem in itinere te esse recte dicemus?
H E R M. In ipso mōtis radice cōsistem
o Luciane, modo porro ire conantem.
Est uero omnino uia lubrica & aspera,
planeq; eo opus est, qui manu protēsa
ascendentem subleuet. L V C. Nunqd
igitur p̄ceptor tuus ad hoc tibi satis ido
neus est, qui , quēadmodū suppiter Ho
mericus, cathena quadā aurea ex sum
mo demissa , suas ipsius orationes, op̄i
nor , qbus te uidelicet subductū, cū ad se
tū ad uirtutē subleuare queat, p̄fertim cū
Ipse multo ante ascenderit. H E R M.
Hoc ipm profecto Luciane qddixisti, se
dulo factum est. Etenim quantū ad præ
ceptoris operam adtinet, iam olim sub
ductūsum , & cum illis cōuersationē ha
bui, quantū uero ad me adtinet, nondū
cōscendi. L V C. Atqui bonūanimū
habere oportet, optimā spemente con
cepta , ad itineris finem & fœlicitatē in
suum ppositam conspicientē , maxie
uero

D E S E C T I S

nero illo animosis inclamationibus co/
hortante & consolante . Veruntamen
ualde scire possim , quæ nam spes ab illo
tibi ostensa sit, superato iam cacumineſ
An mox futurum cōiectandum eſt, te in
summo fore uidelicet post mysteria, aut
omnino post Panathenea . HER: Per
exiguū eſt qd' dicis, Luciane . LVC. An
post quinquennium iam subsequens
HER. Et hoc quidem modicū eſt cum
ad uirtutem exercendam, tum ad fœlici
tatis possessionē cōsequendam . LVC.
Proinde ad summum post decennium.
Niſi extreme pigri & lenti habere uelitis,
cum neq; tanto tempore ad uirtutis fasti
gium ascendere queatis , quāto unus ali
quis ter & columnis Herculeis ad Indos
uſq;, haud diſſiculter ire atq; redire poſſ
ſit , & ſi nō recta aut citra intermissionē
perpetua pfectiōne iter faceret, ſed apud
populos in medio iacentes paulisper cō
moratus, oberraret . Et quo nam modo
tandem credibile eſt , petram, ſupra quā
uobis Virtus habitare creditur, altiorem

B

L V C I A N V S.

decliviorēq; esse illa Aorna Indica, quæ
paucis in diebus ab Alexandro sūma ui-
euersa est funditus. HERM. Dissimili-
le prors⁹ est quod adfers o Luciane, neq;
enim eadē res est quā tu configis, quæ
tam in modico tempore confici aut capi
queat, nō si infiniti Alexandri ad unum
omnes suas uires cōiunixerint. Quoniam
multi qui cōscendere moliebant, fuerūt:
iam uero non parū multi ualde grauiter
& fortiter ascendūt, & proficiunt partim
quidē non nimium, partim uero altius.
Vbi autē mediū itineris iam attigerint,
multis perplexi difficultatibus, protinus
omnia fastidiunt, & reuertūtur grauiter,
anhelantes, multoq; sudore pfluentes, iti-
neris laborib⁹ absterriti. Quotquot autē
omnib⁹ superatis incōmodis et discrimi-
nibus in finē fortiter perdurauerint, illi
tandē ad fastigiū usq; cōscendunt, et ex
illo sc̄elices facti, admirandā quandā uitā
per reliquā ætatem exigunt, alios quidē
mortalium nō secus atq; formicas e sub-
limi contemplantes. LVC. Papæ o
Hermo

D E S E C T I S

Hermotime, quātulos homunciones nos
esse ostendis, qui neq; Pygmæis quidē ip-
sis nos cōferre dignaris, sed in totū humi-
repentes, in cauernis terræ degere cōfin-
gis, non iniuria alta et quæ sursum sunt
sapis. Nos uero infimæ plebeculæ extre-
ma sex, et quotquot per humum repens-
tes sumus, post Deos etiā uos supplicibus
uotis deueneramur in alto constitutos,
animūq; properādi addentes cōscenden-
tibus. HER M. Vtinā saltem ascendē
dīfīcultas unq; nobis daretur, uerū mult-
tū adhuc uiæ cōficiendæ supereft. LVC.
At tu nondū exposuisti, quāto temporis
spatio op⁹ sit, ut in cōplexu Virtutis inter-
quiescas. HER M. Neq; ipse admodū
hoc ipsum exacte calleo o Luciane, opis-
nor tamē nō minus uiginti annis perop⁹
esse, quib⁹ exactis, omnio me in sūmo fa-
stigio futurū esse cōfido. LVC. O Her-
cules, longū est quod dicis. HER M. Si
quidē de maximis rebus nobis labor est
ppositus. LVC. Fortasse illud uerū esse
nō ualde negauerim. Quod aut uiginti

L V C I A N V S

annos adhuc uiesturus sis, quo nam modo præceptor tuus certum te reddidit, nedium sapiens existens, uerum etiam fauidico spiritu præditus, aut unus ex illis qui Chaldaica disciplina sunt imbuti? Aiunt itaq; & hæc sciri posse, neq; enim uerisimile est, adeoq; iniquum esset, ut tu incertus de uita tua, num unquam uiuus uirtutem amplexurus sis, tantos labores temere, et ne quicquā susciperes, tot percessis diu noctuq; ærumnis et difficultatibus, præcipue uero cum prossus ignores, num in propinquuo summitatis te consistentem iminens Parca pede correptum, atq; ab omni spe potiundæ Virtutis deiectum deorsum detractura sit, HER. Apage ista, etenim nephias & irreligiosum est talia loqui o Luciane, at qui abunde sat est, si unicam tantum dieculam sapiens factus, felicitate illa perfruar. L V C. Ergo pro tantis exantlatiis laboribus unius dieculæ spaciū tibi satis esse uidetur? HER. Mihi qui dem breuissimum etiam tempusculum fatis

D E S E C T I S

satis est. LVC. Illam uero superne cōtingendam fœlicitatē, cuiusmodi nam sit, cuius gratia dignum existimas nihil non perferendum esse, unde nam habes perspectam & cognitam , neq; enim ips se unquā ascendisti & HER. At ego præceptoris differēti fidem habere soleo, cui hæc ad unguem explorata esse dubium nō est, cum præ omnibus sit in summo uirtutis fastigio excelsissimus.

LVC. Dic uero per Deos, qualia nam illic esse, aut cuiusmodi tandem fœlicitatem gnauiter ascendentis manere adfir mabat? Nunquid confeitas diuitias & ar dignitatem & gloriam & aut uoluptates quasdam non æstimandas? HER. Bona uerba o amice , neq; enī hæc quic quam faciunt ad uitam Virtuti uacantē.

LVC. Quæ igitur sunt illa bona , si ne hæc quidem hi qui ad exercitii finem de uenerunt , habituri sunt & HER. Sa pientiam , animi magnitudinē, ipsiusq; honesti & iusti premium, præterea autem omnium rerum exactam & absolutam

cognitionem, certo & constanter persua-
sum habentes nihil desideraturum sapi-
entem. Porro diuitias, dignitates, uo-
luptates, & cetera quæcunque sunt corpo-
ris, hæc inquā in uniuersum infra telin-
quit. Quibus exutis & abiectis, omni eu-
cta difficultate, in summitatē emergit,
non secus atq; Herculem in Oeta monte
cōbustum, ad Deos migrasse tradunt, &
ipsum Deum factum. Etenim, ille cum à
se abiecisset quicquid à matre humani
atq; mortalis cōtractum acceperat, serua-
ta pura atq; incorrupta diuinitate, pro-
be prius extructæ pyræ incendio, purga-
tus in cœlū subuolasse creditur. Ad hunc
modum, illi quoq; Philosophiæ opera &
adminiculo tanquam igni quodam per
purgati, omnib⁹ illis refecatis à se et am-
putatis, quæ vulgo digna precio et ad-
miratione uidentur, parum recto et sa-
no utenti iudicio, cōscenso cacumine fos-
silem et beatā degunt uitam, diuiniarū,
dignitatum et uolupratum ne memores
quidem amplius, E subliimi deridentes

D E S E C T I S

eos potius & quibus hæc alicuius momē
ti esse ducuntur. LVC. Ita sane per Her-
culem Oeteum Hermotime , est quædā
animi excellentia , magnitudoq; et fœli-
citas quæ penes ipsos est. Ceterum hoc
mihi quælo edissere, an nunquam e fasti-
gio illo Virtutis ubi uelint regrediantur.
postliminio, reb⁹ quas à tergo relinque-
runt usuri? An omnino necessarium est
semel in uerticem delatos, ibidem perpe-
tuam uitam agere, cum ipsa Virtute sua
uiter cōversantes, medio ungue ostendo,
diuitiis, honoribus et uoluptatibus.

HERM. Non hoc solum illis integrū
esse scias o Luciane, sed quæmcunq; Vir-
tute consumatum conspexeris, eundem
neq; iracundia, neq; timori, neq; ullis
concupiscentiis turpiter deditū esse aut
seruire putato . Non , si rebus insigniter
dubiis iactetur, aut tristitia affect⁹ fuerit,
ullum animo cōcipit dolorem. L V C.
Sed enim, si fas foret, me nihil reueritum
ueritatem proloqui, uerum satius esse
opinor aptabiliora & iucundiora in me

dium afferre , neq; religiosum esse ac-
curatiore indagine , perquirere ea quæ
fiant à sapientibus . HER M. Nequa
quá , immo quicquid habes audacter dì
cito . LVC. Vide mi attice , quā m om
nibus modis ad dicendum pigre & cun
ctanter affectus sim . HER . Atqui
nihil est o generose , quod apud me solū
dicere reformides . LVC. Alia quidē
omnia quæ dixisti Hermotime , haud dif
ficulter persuasus , credidi ita se habere ,
nimirum , ipsos sapiētes esse & magnani
mos , neq; nō æqui seruantes . Et me her
cule non mediocrem tua oratione per
sensi dulcedinem . At ubi eosdem affir
mabas , & diuitiarum contemptores dig
nitatisq; & uoluptatum negligentes esse ,
neq; iracundia moueri , neq; tristitia af
fici , nō potui non (soli enim sumus) ue
hementer addubitare , cum in mentē ea
mihi uenirent , quæ nō multo ante uide
bam fieri . Atq; adeo , si placet , produc
quendam ? & si hoc non parum tibi esse
videtur , etiam nullo edito noies ? HER .

Nunq;

D E S E C T I S.

Nunq̄ facias, uerum nō iatim perstrin
ge eundē, quicūq; tandem fuerit. L V C.
Ille ip̄e p̄ceptor tuus, uir cum alias qui
dem uenerādus, tum ætate pene confe
cta. H E R. Quid igitur se indignū
admisit sceleris? L V C. Hospitē il
lum Heracleotem, qui tam multo tem
pore iisdem philosophiæ studiis discipu
lus eius fuit, flauicomū & contentiosum
illū nouisti? H E R M. Nouī quē
dicis, Dioni, nisi fallor, illi nomen est.
L V C. Illū ipsum dico, proinde cum
fortasse non reddidisset ille mercedē in
tempore, ad prætorem paulo ante rapuit
miserū, pallio eius collo imicto uocife
rans & excandescēs admodū. Et nisi e fa
miliaribus quidā, e manibus furiosi ado
lescētem eripuissent, qui forte interfue
rant, periculū erat, ne nares misero mor
dicus auulsisset senex, adeo impotenter
debacchabat incēsus iracūdia. H E R.
Semper quidem & alias durus et implas
cabilis esse solet, si quis non in tempore
paftam mercedem numeret Luciane,

LVCIA NVS

nunquā tamē aduersus illos nō paucos
quibus usuræ pendendæ gratia mutuo
dedit utendam pecuniā, quicq̄ tale desi-
gnauit, siquidē ad præscriptum tempus
semp reddūt fœnora. LVC. Quidē
sunt ne o beate, qui illi pendat fœnora?
An dum etiam illi à philosophia diligē-
tissime ppurgato earum rerū cura cor-
di est, qbus in Oeta relictis nihil op⁹ ha-
bet? HER. Hæc qdem sui gratia;
ut tu fortasse falso suspicaris, non agit,
sed sunt illi infantes pueri, quorū, ne olī
pressi inopia grauiter egeant, curam &
rationē habere cogitur. LVC. At
qui cōueniebat o Hermotimē, ut & illos
ad uirtutē subduceret, quo cōmuni cum
illo foelicitate posthabitū diuitiis una
frueretur? HER. Non est mihi sa-
ne hisce de rebus tecum disputandi otium
Luciane, accelerō em̄ ut ipsum iam au-
diam, ne ppetuo in obscuro mihi delite-
scendū sit. LVC. Bono animo esto
o bone, siquidem hodiē à philosophicis
studiis uacatio promulgata est, itaq̄ qd̄
reliquū

D E S E C T I S.

feliquum est itineris, tecum una confiam. HERM. Quomodo dicis?
LVC. In præsentia quidem ipsius tibi non dabitur uidendi, aut audiendi copia, siqua fides inscriptioni adhibenda est. Siquidem tabella quæpiam præ foribus suspesa literis maiusculis, in huc loquebatur modum: Hodie philosophiæ dissertationibus non uocabimus, porro tuu præceptoré, apud Eucraten, filiæ suæ natalitia celebranté, hesterna nocte coenitasse dicebát. Multa pterea in symposio sup rebus philosophicis cōmentatum esse, adhæc aduersus Euthydemū peripateticū nōnihil exasperatū esse, suscepta cū eoipo his de rebus cōtentione, de quibus nunquā nō cum Stoicis digladiari solent Peripatetici: præ nimia uexo uociferatiōe, etiam capitis dolorem & uehementē quidem contraxisse, & in multam usq; noctem sudasse, prducta in longū disputatiōe. Adhæc plus iusto, ut arbitror, etiā poculis se ingurgitauerat, cum hi qui aderāt frequenter, ut pars est,

L V C I A N V S

¶bientes eundē philotesiis iuuitassent,
Quin etiā in ipsa cōena immodestiore
crapula q̄ seni conuenerat, semetipsum
onerauit, adeo ut domū reuersus multa
euomere cogeretur: Solas uero carnium
portiunculas quas puero & tergo stanti
in cōuiuio adseruandas dederat, numē
ratas recepit, q̄bus accurate signatis so-
mno se tradidit, ne quē itromitteret ma-
gnope interminans. Hæc itaq; e Mida fa-
mulo eius audiui discipulis quibusdam
cōmemorante, qui & ipsi cum illorū es-
sent non pauci, domum regressi sunt.

H E R M. Vter uero illorū obtinuit ui-
storiā Luciane, p̄ceptor meus an Euthy-
demus? Nūquid etiam tale quippiā Mi-
dam cōmemorantē inaudistis? L V C.
Initio quidem Hermotime, aiebat illos
pene per om̄ia fuisse pares, ip̄m uero si-
nem uictoriae tandem penes uos fuisse, ita
ut senex longe fuerit in pugna superior.
Euthydemū porro incruētū haud quaq;
abiisse, nempe qui permagnū in capite
uulnus inflictum haberet. Cum em̄ imo-
dice

D E S E C T I S.

dice esset arrogans & contentiosus, nec
persuaderi uolebat, neq; seni se præbe-
bat facile redarguendū atq; conuincen-
dum, p̄ceptor tuus ille uir optimus eidē
iuxta accumbenti inuisitate magnitudi-
ne & pondere scyphum Nestoreū, quem
forte in manib⁹ tenebat, fortiter incutī-
endo in caput illisit, atq; hac quidem ra-
tione uictoriæ palmā superato aduersa-
rio obtinuit. H E R . Macte animo
p̄ceptor: atq; haud sane alio mō aquū
erat agere cū his qui recusant cedere me-
lioribus. L V C . Probabilia quidē
admodum sunt quæ dicis Hermotime,
quorsum em̄ attinebat, ut Euthydemus
hoiem senem exasperaret, alienum ab
iracundia, animoq; longe p̄stantiorem,
scyphum insuper tam p̄grandem & gra-
uem tenentē in manibus. Sed enim otiū
iam agimus, quid obstat, quo minus mihi
tuo familiari exponis, quonam mo-
do sub initiū philosophari inceperis, ut
& ipse si fieri possit, cōmunem uobiscū
p̄fectionem suscigem, nunc primum fa-

L V C I A N U S

cto ad eandem exordio s' Negentim te
mere me excludetis à communi itinere
hominem familiarem. HERMO.

Si modo hæc res tibi cordi esset Lucianæ
breui uidebis quantum excellas omnes
cæteros, pueros, sat scio, opinaberis oës
alios præte, tantum ipse præpollebis in
telligentia & ingenio. LVC. Mihi
uero abunde satis esset, si post uiginti
annos iam exactos, talis euaderem, qua
lis tu nunc es. HERMO. Profecto
& ego ipse cum in tua esset ætate, tunc
primum ad philosophiam animū appu
li, iam ferme annos quadraginta natus,
& quibus te non multū abesse arbitror.

LVC. Rem ipsam putasti Hermoti
me, tot enim annos iam habeo. Quare
si eam iam comprehensam tenes, age &
me adducito, haud em iniquū hoc qui
dem est. Et primum quidem, hoc mihi
responde, est ne philosophiæ candidatis
relicta & concessa contradicendi libertas
si quod parū recte dictum illis uide
bitur, aut non hæc libera est natu iunio
ribus

D E S E C T I S.

nibus? HER M. Haud admodū, tibi tamen siquid uolueris, interea & quærendi & contradicendi facultatem libram facio, ita enim facilius perdisces sanguina. L V C. Euge sane per Mercurium o Hermotime, cuius cognomen obtines. Proinde, dic mihi, est ne unica tantum uia ad philosophiā adducens, uis delicit Stoicorū uestrorum. Nisi enim falsa audierim, etiam alios complures esse certum est. HER M. Et ualde quidem multisunt, uidelicet Peripateti & Epicurei, & qui Platonis titulo philosophiam profitetur. Sunt item cōplures quoq; Diogenis & Antisthenis afferclæ, tum etiam ipsius Pythagoræ imitatores, & alii his quoq; longe numerosiores. L V C. Vera sunt hæc, omnino enim illorum magnus est numerus. Vt si autē Hermotime, eadem oēs uno ore dicūt, an diuersas? HER M. Diuersissima. L V C. Prorsus tamen unū alicubi esse uerū, in quo consentiant oēs credibile est: ita, ut non omnia pugnent.

L V C I A N V S

quæ ab illis pro uero affirment. HER.
Admodum. L V C. Proinde age o
amice, hoc mihi expedi, cui nam fidem
habuisti tu sub initiū quādo ibas philo
sophiæ operam datus, cum multas ui
deres ianuas tibi apertas & patentes, ut
omnibus aliis p̄grediendo deuitatis, in
Stoicorum potissimū diuerteris, tanquā
hæc sola uera fuerit, ac illa quæ compē
diosam ad Virtutem viam ingredienti
bus exhiberet, aliis omnibus in obliqua &
deuia ducentibus? Quibus nam argumē
tis, aut conjecturis hæc tum potuisti de
præhédere? Ac mihi non eum qui nūc
es in animo concipe, siue semisapientē,
siue absolutæ sapietiæ Hermotimū, qui
nunc præ multis millibus optima discer
nere & iudicare possit. Sed ita responde
ac quispiam homo idiota, qualem tunc
agebas, aut ut ego nūc possim. HER.
Quid sibi hæc tua uerba uelint Luciane,
haud intelligo. L V C. Atqui nō ad
modum obliquum est quod p̄contabar,
cum multi sint Philosophiæ principes,
uidelicet

DE SECTIS

uidelicet Plato, Aristoteles, Antisthenes, præterea maiores nostri Chrysippus & Zenon, aliq[ue] cōplures quotquot tandem sunt, cui nam inquam credidisti, posthabitis & omissis aliis, ut ea ex omnibus desumens, quæ quidem à te selecta sunt, sustineas iuxta illa philosophiæ studiis incumbere? Nunquid etiā te ut Chephontem, Apollo Delphicus, ad Stoi cōrum placita delegauit, ubi prædictisset oraculo illos ex omnibus longe esse optimos? Siquidem ille mos erat, alium ad aliam philosophiæ rationē & formam cohortandi, quippe cui probe perspectū erat, ut opinor, quæ cuiq[ue] potissimum congrueret. HER M. Nihil tale esto Luciane, neq[ue] de his unquā Deū cōsului. LV C. Quid an indignam æstimabas hanc rem diuina consultatione, aut ipse sufficiens tibi uidebare, qui quod optime numerat & præstantissimum, per te ipsum possis eligere, non consulto Deo monitore. HER M. Ita mihi quidem uidebar. LV C. Quin igitur & nōs

C

L V C I A N V S

Istuc ipsum doces , quo nam modo stan-
tim ab initio queamus noscere , quæ op-
tima sit & uerissima philosophâdi ratio,
& quam quispiam , prætermis s aliis, re-
ctissime eligeret . H E R . Ego haud
quaquâ istuc dicere grauabor, cù multas
uiderem ad eandem certatim viam affe-
ctantes , facile æstimabâ Stoicam philo-
sophandi rationem cæteris esse præstan-
tiorem . L V C . Quorum igitur nu-
merosior erat turba , Epicureorû , an Pla-
tonicorû , an Peripateticorû ? Proinde
illos numerasti ueluti in ferēdis colligen-
disq; suffragiis usiuuenire solet . H E R .
Atqui non numeraui , sed coniecturis de-
prehedi . L V C . Ut quid igitur me
tantopere cupientem non doces , sed ua-
na spe lactas , ac decipis , affirmâs de tan-
tis rebus coniectura & multitudine fretû
iudicasse , quo ueram narrationem me-
clam habeas . H E R M . Non solû
hoc quidé o Luciane , sed omnes quoq;
cæteros mortales sâpenumero affirman-
tes audiui , Epicureos quidem esse corru-
ptos

D E I S E C T I S

ptos delitiis, uoluptatibus extreme amantes. Peripateticos aut ad rem attetiores, paradis cumulandisq; diuitiis inseruire, & quosdam ex illis immodice contentiosos, Porro Platonicos arrogantes, & nimio fastu turgidos, gloriæq; cupientissimos. Cæterum de Stoicis multorum semper idem fuit testimoniu, uidelicet quod uitiles essent, masculo animo prædicti, & nihil illos fugeret. Et quod eam uiam ingressus, solus rex, solus diues, solus sapiens, breuiter in uniuersum nihil non esset. L V C. Videlicet ista tibi de illis dixerunt alii. Neq; enim uerisimile est hæc illis de se ipsis prædicatibus, suaq; superbe collaudantibus te ereditisse. H E R M. Non, uerū hæc ab aliis prædicata audiui. L V C. Facile tamen cōiicio, hæc diuersæ sectæ et opinionis affirmasse neminem. Quare an illi quos tu te audiuisse prædicas, e numero philophantiū fuerint, nescio. H E R M. Ne si quidem. L V C. Proinde homines idiotas hæc dixisse credibile est. H E R C ii

Et ualde quidem. L V C . Vide obser-
cro, ut iterum me deceptū ab omni spe
deiciere soleas: neq; uerum sermonena
exponis, sed existimas te cum Margite
quopiam insulso & stupido uerba facere,
ut plane persuasum haberem, Hermotis-
mum uirū singulari præditū, cum inge-
nio tum industria, annos tunc natum
quadraginta, hominibus tamen idiotis
de sapientiæ studio, deq; uiris philoso-
phiaæ canditatis credidisse, illorumq; in-
ductū testimonio et prædicatiōe recti-
ore uia philosophantiū electionē fecisse.
Neq; enim ista tibi prædicantifacile cre-
diderim. H E R M . At ne hoc quidē
te fugiat Luciane, me non solum credi-
disse alijs, uerū mihi quoq; ipsi. Etenim,
conspiciebam illos honeste et ornate in-
cedentes, splendide et decenter amictos,
nunquam non certis commentationib;
cogitabundo animo intentos, aspectu
tetricos et terribiles, demissa barba, &
longa coma uenerādos, nihil molle aut
parum uirile, aut citra delectum aliquid
admit

D E S E C T I S

admittentes, quod quidem aliis stuporem induceret, aut plane videretur immodicu[m] pudens & cynicum: sed in media & regia via constitutos, quae quidem ab omnibus affirmabatur esse optima. LVC.
Nunquid igitur & haec illa, quae paulo ante præceptorem tuum facientem me vidisse testabar, ipsos designates uidistis uidelicet foenori & usuræ feruientes, amarulentet & contentiose mercedem & discipulis exigentes, in cōuiuiis aut colloquiis immodeste & pertinaciter digladiantes, aliaq[ue] quæcunque indecorè plerūq[ue] peccare consueuerunt. Aut fortasse hanc rerum nullam curam habendā esse existimas, modo uestitus sit probe mundus & nitide cōpositus, & barba profunda, prolixaque in capite cæsaries? Quare in posterum, ut video, hic nobis certus erit canon & regula recte philosophantes exacte cognoscendi, quem uidelicet proponit Hermotimus, oportetq[ue] omnino ex habitu mundiore, granioreq[ue] incesu & capillo prolixiorc optimorum eog[ue]

nitionem sumere. Itaq; cui hæc deesse uiderimus, neq; ille tetricus fuerit, aut perpetuis intentus cogitationib⁹ obambulauerit, reproband⁹ & nihil estimandus est. Sed uide o Hermotime, ne & hæc illudendi gratia ad me dixeris, periculis faciendo, num deceptum me esse sentiam. HERM. Quorsum istud dicas? LVC. Quod hæc o bone, rectius statuarum sit cognitio atq; indagatio, quam tu ab habitu sumendam esse dixisti. Omnino enim ille habitu fere sunt elegatiore & amictu ornatiore, quas aut Phidias, quispiā, aut Alcamenus, aut Myron ad pulcherrimum absolutæ formæ archetypum expresserit. Quod si etiam maxime inde conjectura capienda est in illis dignoscendis, quid ille ager, qui uī su captus philosophiæ perdiscendæ desiderio tenerur? Qui enim fieri possit, ut in habendo delectu nō tota uia aberret, cum neq; habitus neq; incessus perspicendi facultatē habeat? HERM. Ego uero o Luciane, nō ad cæcos uirba facio, neq;

D E S E C T I S

neq; illorum mihi quicquam curæ est.
L V C. At qui conueniebat o bone, ut
tantarum rerum adeoq; omnibus necesse
fariarū cognitu, cōmuniſ quædam effet
cognitio. Sed enim quando ita tibi uide
tur à philosophiæ cōmertiō, cæci excluſi
ſi maneat, poſte aquam orbatis ſunt ocuſis : tametq; cum primis operæ preſtium
mihi uidebatur, illos p̄æ omnibus aliis
philosophiæ ſtudio incumbere, ne acceſſa
ptam amiffi uifus calamitatē ferrent
imoderati⁹. Cæterū illi qui probe uidet;
etiaſi fuerint perſpicacißima oculoram
acie p̄æditi, quo nam pacto ea quæ in
animo teſta ſunt petuidere poſſunt, ab
illa extēra ueſtitus mūditie & Nisi enim
me fallat anim⁹, tale quiddā eſt quod diſ
turus ſum, nimirū te parandæ & colligendæ
ſapientiæ, cupidine, cum iſtiusmodi
uitis cōuersari, utq; ea indies aucta cum u
ſatiuſ euadas melior. H E R. Et maxi
me quidé. L V C. Qui igitur tibi promi
ptum fuit, adeoq; factu poſſibile, ut ab
iis iſlis quaſ dixisti cognitionibus, recte

philosophantem aut secus perspiceres? Neq; enim ista perinde solent propalam
esse cōspicua, sed sunt abstrusa ualde, atq;
adeo in obscurō reposita, quæ multis
uix orationibus & congressibus, postre-
mum uero operibus consimilibus licet
animaduertere. Qualia enim Momus
Vulcano reprehenderit, opinor aliquan-
do inaudiuisse te, quod si me fallit op-
nio, audi iā nunc, sic enim habet fabula,
nimirum Mineruam, Neptunū & Vul-
canum contentionem inter se suscepisse
de artificii principatu & præstantia, atq;
ipsum quidem Neptunum taurum effin-
xisse, Mineruam uero domum excogis-
tasse, porro Vulcanus hominem compon-
suit fabricauitq;. Ceterū, ubi iam ad Mo-
num uentum esset, quem certaminis
arbitrum & artis expensorem elegerat,
& ille singulorum opera diligentissime
inspexisset, in aliis quidem quæ reprehe-
derit superuacaneum fortasse foret refer-
re. Illud autem in hominis opifitio po-
tissimum calumniam⁹ est, atq; ipsum qui
dem

D E S E C T I S

dem architectum Vulcanum non medi
ocriter pculsit, quod artifex nō in pecto
re ostiola quædam addidisset, quibus a
pertis & reclusis perspicuum fieret omni
bus, quid ille uelit, aut in animo strue
ret & cogitaret, num mentiretur an ues
tum diceret. Atq; ille quidem uelut cæs
cutiens sic de hominib⁹ statuit. Tu uero
nobis ipso etiam Lynceo es pspicitor,
qui, sicuti uidetur, per pectus ipsum que
intus sunt cernis, suntq; tibi aperta omnia,
adeo ut nō solum certo teneas, quid
quisq; uelit aut cogitet, uerum etiā uter
sit melior aut deterior. H E R M. Tu
quidem Luciane ludos ex me facis, ego
uero Apollinis ductu & auspicio delectū
habui, neq; prorsus electionem moror,
atq; hæc quidē satis Hermotimo. L V C.
Attamē ne sic quidem mihi dignaris ex
ponere o amice, sed me in ima uulgi fe
ce uersantē superbe cōtemnis. H E R.
Nihil fortasse illorum tibi placebit que
dixero. L V C. Nequaquam o bone,
uerum nihil eorum uis dicere, quod me

C v

delectaturum esset. Et quia tu me cælas
de industria, nobis inuides, ne forte tibi
pares euadamus, si philosophiæ indagan
dæ studio operam nauaremus, pericu
lam faciam, si quo modo fieri possit, ut
per me ipse exactam iudicadi rationem,
minimeq; fallibilèm delectus habendi ui
am inueniam. Quocirca, tu si uolueris
arrectis auribus attento fac sis animo.

H E R M . Prorsus istuc uolo o Luciane,
fortassis quiddam scitu dignum dictur
es. L V C . At uide, ne naflo me suspen
das, si illud omnino rustice et inepte pro
posuero. Ita enim facto opus esse uideo,
posteaq; tu qui harum rerū es multo pe
nitior, illud manifestius et disertius expli
care grauaris. Itaq; Virtutē urbis instar
esse singas uolo, quæ ciues habeat hone
stissime et integerimē R.empub . admi
nistrates, quemadmodū tuus quoq; præ
ceptor, qui istuc aliquando peruenit, idē
hoc affirmare nō dubitat, præterea sum
ma sapientia uiros exornatos, magno in
factoq; animo præditos, iustitiae seruā
tissi

D E S E C T I S . -

tissimos, modestia admirandos, parū.
infra Deorum conditionē consistentes.
Cuiusmōi multa apud nos designant, ra.
pina, uiolētia, iniuria, habēdi cupidie,
eorum flagitiorū ne tantillum quidem
quenquā audere in ea urbe conspiceret.
Sed pacati & concordes Reipub. munia
simul obeunt & administrant. Nec in
iuria, ea enim quæ alii in urbibus sedi
tionum, & factiosarum contentionū cō
citandarum occasionemt suppeditant,
quorumq; gratia alter alerum clandes
tinis petit insidiis, ea, inquā, omnia ē
medio illis sublata & remota sunt. Ne
que enim aut aurum, aut uoluptates,
aut honores habent in precio, tanquam
alicuius momenti ista apud illos haben
da sint, uerum iam olim hæc in uniuers
sum tanquā parum necessaria existimā
tes, ad bene gerendam Rēpublicam,
urbe eiecerunt. Itaq;, tranquillam quan
dam & omnibus modis felicem degūt
uitā, bonis legib⁹, æqualitate, libertate,
& oībus deniq; bonis institutā. H E R.

Quid igit̄ Luciane, an non tibi uidetur
et quissimum esse, ut om̄nes certatim eius
urbist iues fieri desyderent, ita ut itineris
tam laboriosi molestiam pro nihilo re-
putent, neq; temporis long inquietate ui-
cti animū despondeant, certo & con-
stanter persuasum habētes, se omni cui
cta difficultate in ciuiū numerū relatū
iri, eiusq; politiaz se participes futuros.

LVC. Sane per Ionaem o Hermotime,
om̄ibus om̄nes neruos in hoc intendēdos
esse arbitror; cætera uero negligenda;
ne patriæ tenaciter nobis inhæretis ma-
gna cura habēda est. Neq; ualde moueri
decet, aut frangi animo parentū, aut li-
berorū nos detinentiū cōplorationibus.
Sed & illi pari opera ad eādem profecti-
onem nobiscum suscipiendā, cohortan-
di sunt. Quod si aut sequi nos recusaue-
rint, aut per ætatem nō potuerint, illis
relictis & posthabitatis, recta ad urbem o-
mnium fœlicissimā animose tendendū
erit, reiectis etiam uestimentis, si eisdē
amicti detinetemur, illie haud dubie cō-
uestiendi

D E S E C T I S.

uestiendi. Neq; enim periculum est, ne quis te eo nudo corpore delaſtū exclusus r̄us sit. Iam enim olim & alias uitū mul ta canitie reverendū dissérētem audiui, qui nam illic se res haberent, meq; mag nope cohortabat ille, ut me ei ad urbē eunti comitem adiungerem. Siquidem pollicebarur itineris dum se fore, qđ me ciuitate donare uellet, unumq; ex tribu bulibus facere eius adscriptū fodalitio: adçō ut nulla non ex parte bene & fœli citer agerem. Cæterq; ego id ætatis recte monenti non optempabam, stulticia & rudidibus annis dehortantibus, nondū enim egressus eram annum quintū & dc cimū: fortassis si secutus fuissim, iam in suburbio aut præ portis cōfisterem. Pors ro de ciuitate, si recte cōmemini, cū alia multa, tum hæc quoq; p̄dicare solebat, quemadmodū omnes eius urbis incolæ essent aduenæ & peregrini, nec ull⁹ effet indigena. Quin etiam illud addebat, nō parum multos in eadem Repub. uersari barbaros, & seruiliſ cōditionis homines

L V C I A N V S

informes, modicos, paupes, breuiter ne
minem non eius Reip. fore participem,
quē penes modo uolūtas esset eo tenden-
di. Quandoquidē illis morem ciuitate
donandi aduenas affirmabat non sumi,
aut ab externa cultus & uestitus elegan-
tia, aut à corporis proceritate & formo-
ritate, neq; à generis splendore aut cla-
ris maioribus, sed ea pro nihilo aestima-
ri apud illos. Oportere tamen eos, qui
ciuitatis ius indipisci velint, intelligens-
tia instructos esse, rerumq; honestarum
tangi cupidine, labore non frangi, nul-
lis uoluptatū illecebribus capi, neq; effemi-
nari, aut emollescere rebus dubiis & dif-
ficilibus inter eundū ingruētibus. Quis-
q; itaq; hæc p̄stiterit, exposuitq; ubi pri-
mum urbem attigerit, ac tutū in ciuiū
cōmunionē assunif, quicunq; tandem
fuerit parem experturus honorē. Porro
peior, an melior, an nobilis, an ingene-
rosus, an seruus, an liber, aut an prorsus
infimæ sortis & cōditiōis homo sit, in ea
ciuitate, ne nominant quidē.

H E R.

Hinc

D E S E C T I S

Hinc p̄spicere potes Luciane, quod nōn
temere, aut rebus ferculneis, tantos sudo-
res perferam, cum adeo felicis & exo-
ptatæ Reipub. ciuis fieri concupiscam.

HER. Et ego quidein harum rerum
cōmuni tecum cupiditate teneor, atq;
haud scio, an quicquam sit, quod perin-
de p̄æ his mihi uotis expetendū putem.
Iam si in propinquuo urbs sita foret, & o-
mniū prospectui exposita, iam olim ut
scis nulla animi ambiguitate præpedi-
sus, eam fuisse ingressus, inq;ea mul-
tum iam téporis uersando cōtriuissim.
Posteaq; uero, quemadmodū uos perhi-
betis, nimirum tu & Hesiodus ille rapso-
dus, ualde procul hinc remota est, ope-
ræ p̄cium mihi esse uidetur, ut & uiam
ipsam, quæ recta nos ad urbem ducat,
inuestigemus, nec minus operæ & studii
induce q̄ optimo diligendo ponamus.
An nō ita quoq; tibi faciendū uideſ Her-
motime? HER. Et quinā alia ratiōe
eo q̄s puniret? LVC. Nōne uides
igit immensam multitudinē p̄mitteſtiū

& affirmantiū se uiae peritos esse. Multi enim ad hoc parati circūstant, quorum nemo nō se inde indigenā esse persancte deierat. Cæterū non esse unam tantū uiam, illud apparet liquido, sed innumeras & ualde diuersas, nec quicq̄ habētes, in quo inter se se conueniat. Nā hæc qui dem ad occidentalē plagā uergit, illa ad solem exorientem, mox altera ad Septē trioraē uiatorem ducit, altera uero recta ad meridiē. Rursus, hæc quidem per florida prata & molles plantas sub umbra amena & delectabilis, nihil habēs asperitatis aut difficultatis. Altera autē petri cosa, & omnibus modis aspera, multum exhibens uiatoribus, cum sitis, tum ardoris, tum etiam laboris & molestiæ. Et tamē omnes illæ cum multæ sint, ad eandem urbem, quæ una est, tendere perhibentur, tametsi sunt inter se se diuersissimæ. Inde incredibilis animū meū habet perplexitas & hæsitantia, etenī in quancunq̄ forte fortuna incidero, uirū quempiam circa ingressum diuerticuli confiscentē

D E S E C T I S

stentem offendō, antiquā Virtute & fide
admirandū, statim in introitu acceden-
ti manus porrigitē, uehementerq; co-
hortantem, ut ipsius uiam ingrediar, us-
que adeo certatim unusquisq; illorum se-
compendiosæ uiae gnarū esse iactat iden-
tidē. Alios uero tota uia aberrasse, neq;
unquam eo peruenisse, neq; aliorum inse-
quentium duces esse posse. Tandem ubi
proximū accessero, audio & illum eadē
de uia sua magnifice pollicentē, aliosq;
malitiose uituperantē. Ad eū quoq; mo-
dum facit is qui huic uicinus est, & sic de
inceps omnes reliqui. Hinc itaq; uiarū
multitudine & diuersitas non mediocriter
me cōturbant, animūq; meum incertū
diuerse distrahunt: maxime uero duces
ipſi præter modū uociferantes, dū quisq;
sua īmodicis laudibus deprædicat. Nēq;
enim calleo in quā declinans, aut quē po-
tissimū ex ducibus sequutus, urbem acce-
dere queā. HER M. At ego te Lucia-
ne, ab omni hæsitatione liberabo. Etenim
haud facile, si iis qui ante nos idē itineris

D

confecerunt, fidem habueris, aberrabis.
L V C. Quibus tu habendā fidem dicis?
 aut quē ex ducib⁹ sequuti sunt? aut per
 quā uiam ingressi sunt? Iterum enim no
 bis sub alia forma eadem apparet animi
 perplexitas, & rebus ad homines transla
 tis. **H E R M.** Quo nam modo istuc
 dicas? **L V C.** Quoniam quidē qui iti
 Platonis uiā digressus est, & illo duce se
 in uiā dedit, illā haud dubie laudatur⁹
 est. Rursus qui Epicurum ducē sibi sequē
 dum elegit, Epicuri: atq; ita omnino ali
 us aliam cōmendabit. Tu uero uestram
 alii omnib⁹ præferes. Aut nō ita futurū
 esse Hermotime credendū est? **H E R M.**
 Et cur non? **L V C.** Proinde, ab ancipi
 ti animi perplexitate me nō liberas, cum
 etiamnum ignorem ex uiatorib⁹ cui nā
 potissimum fides adhibenda sit. Video
 enim unumquemq; illorum, & ipsum &
 ducem eius unius tātum uiæ fecisse peris
 culum, ac illam laudare affirmantem,
 hāc solam esse quæ perducat ad urbem:
 Ego autem num uecum dicat, scire nōtr
 possum

possum. Quod enim ad finem aliquem delatus sit, & ciuitatē quandam cōspexit, fortasse illi haud difficulter concesserim. Ceterum num illā uiderit, quam oportebat, in cuius Repub. ego & tu uersari cōcupiscim⁹, in Chorinthum de lati, ille aut̄ Babylonem pfectus Chorinthum se uidisse putarit, quod quidē etiā num mihi incertū est. Neq; enim ille qui aliquā ciuitatem uidit, statim & Chorinthum uidit, siquidē non sola Chorinthus est ciuitas. Quod aut̄ omnium maxime me facit animi incertū & ambiguum, ille aut̄ est, qđ sciam necessario unā atq; adeo teram esse uiam, siquidē nec plures quā una Chorinth⁹ est, aliæ aut̄ quoquo genū magis uiatorē quā in Chorinthū pducūt. Nisi quis usq; adeo delirus esset & mente cap⁹, ut putaret, & eam quæ in Hyperboreas, & eam quæ ad Indos tendit, & in Chorinthum recto tramite pducere. H E R M. Quonam pacto hoc fieri posset o Luciane & cum alia alio tendat. L V C. Proinde o bone

D ij

Hoc rimoto me, non mediocri opus est consilio in eligendis, cum uis tum ducibus.
 Neq; illud uulgo iactati prouerbii committendum est, ut quocunq; nos pedes duxerint, eo inconsulto abeamus: quoniam ita haud dubie decepti pro Corinthon ad Babylonios aut Baetras abiremus.
 Atqui ne hoc quidem ualde mihi consultum factu uidetur, ut fortunæ tantam rem cōmittamus, tanquam optimâ fortasse apprehendentes, si citra omnē uia sum exactam peruestigationem, in unā aliquā quācunq; tandem temere irrueremus. Nihil enim obstat, quo minus & hoc fieri possit, & fortasse iā olim in tanta temporis longinquitate factum est.
 Haud quaq; uero æquum esse opinor, ut tam incōsiderater de reb⁹ adeo magnis spem abiiciam⁹, aut ita in angustum contractam cōstringamus, uirgulta scapha; (quod aiunt) Aegeum aut Ioniū transmittere uolentes. Neq; enim recte aut probabiliter fortunam incusaremus, si sagittando & iaculando non prorsus affe-

cuta-

DE SECTAS

cuta sit ueram illā viam, unā nimirum
inter tot infinitas, fallas & erroneous exis-
tētē. Quod nec Homerico quidem
sagittario cōcessum fuit, qui cum debu-
isset columbam arcu fixam deiicere, li-
nea uincula rupit, opinor autē fuisse Teu-
crum. Sed enim hoc multo magis ratio-
ni cōsentaneum est, spem habere multa
vulnerandi, & iaculo petendi, quām om-
nino illud unum ex omnibus. Quonia
periculum nō mediocre est, si pro recta
& compendiosa uia in unam ex erraticis
& deuiis imprudentes incideremus, spes
rantes fortunā meliorē pro nobis electu-
ram esse : opinor autē in tali re cōparatio-
ne utendū & demonstrandum esse. Neq;
enim promptū & facile est reuocare cur-
sum, saluumq; & incolumē retro euadere,
si quis soluta naui mari semel se cōmisi-
rit ; uerū necessariū est, in pelago fluctuū
arbitrio iactari & circumferri, nauicantē
ut plurimum, & metu perculsum, capiz-
teq; marinis fluctibus grauatū. Equum
vero fuerat, sub initium priusquām uela.

D iii

L V C I A N U S

uentis permisisset, consensa specula ex plorare si mare esset nauigabile, & secundus flaret uent⁹, Chorinthum nauigare uolentibus. Et per Iouem quidem gubernator quispiam optimus summo cū iudicio illi diligendus fuerat, præterea nauis satis firma conquirenda, quæ tantis fluctibus & cursu par esse potuisset.

H E R . M . Est quidem Luciane, quod dicas non improbandum. Verum enim uero hoc satis certo scio, quod si etiam per circulum omnes ad unum accesseris, nō tamen alios inuenies, neq; duces meliores, neq; gubernatores mari peritia præditos quam Stoicos. Atq; si animus tibi est aliquando Chorinthū perueniendi, illos sequendos esse putabis, per Chrysippi & Zenonis uestigio incedendo, alioqui frustra hanc uiam tentabis.

L V C . An non sentis o Hermotime cōmune quiddā te dixisse. Haud dubie enī hoc ipsum dixerit, & quisq; qui cōmune cum Platone uiā ingreditur, & qui Episcopum ducē sequitur: insuper & alii, me uideli.

D E S E C T I S

uidelicet Chorinthum nunquā uenturū,
nisi cum illorū aliquo itineri memet ac-
cingam, ita ut necessariū mihi esse uide-
am, aut omnib⁹ sine discrimine credere,
quod absurdissimum est, aut omnibus
iuxta diffidere, qđ quidem multo tutis-
sum esse opinor, donec uera pollicen-
tem inuenerimus. Age uero, si, quemad
modū nunc ignarus sum, etiānum certū
nō habere, qui nam ex omni philosophā
ciūm & ordine uerū diceret, uestræ sectæ
me addiceré, habita tibi fide viro amico
& familiari, attamen stoicæ saltē philo-
sophiæ perito, tantumq; unicā illam uiā
ingresso. Postea uero Deorum aliquis
ab inferis in uitam reuocaret Platonē &
Aristotelē, præterea etiā alios omnis ge-
neris philosophos. Illi aut̄ circūsistentes
interrogarent me, & per Iouem quoq; in-
ius pertractum cōtumeliæ accusarent, di-
centes, quid uero pass⁹ es optimē Lucia-
ne, aut & quo p̄suasus Chrysippū et Zeno
nem nobis qui multo ante fuerim⁹ p̄po-
sueris, homines heri et paulo ante natos.

D iiii

D E S E C T I S

cū nos neq; sermonis participes feceris,
neq; prorsus quæ loquamur tentaris.
Quod si hæc ab illis dicerentur, quid nā
illis responderem? An sat is mihi fore ex
istimas, si dixerō me ab Hermotimo ui-
ro familiari ita persuasum esse? Atqui di-
cerent sat scio, nos uero Luciane quis ille
sit Hermotimus iuxta cum imperitis ig-
noramus, sed neq; ille nos nouit. Quare
æquum non fuit omnibus in totum re-
pudiatis nos indicta cauſſa cōdemnare,
fidem dantem uiro unicam tantum in
philosophia viam, sed neq; illam fortas
se exacte satis perspectam habenti. Sed
enim legum conditores o Luciane, ad
hunc modum non imperant faciendum
iudicibus, nimirum ut altero tantum au-
dito, alteri facultas pro se loquendi ea
quæ ex uſu ſuo eſſe intellexerit non con-
cedatur: uerum utrumq; iuxta audiendū
eſſe präſcribunt, quo facilius diuerſis
ſermonibus interſeſe examinatis & per-
pensis, quæ uera, quæ falſa ſint inneni-
te queant. Quod niſi ſic factitatū fuerit,
permit

L V C I A N V S

permittit lex appellandi libertatem, ut
in aliud iudicium ea transferantur, quæ
illos loqui par est. Aut si quispiam fortas
se illorum me interrogaret, dic mihi in
quiens o Luciane, si quis Æthiops, qui
nunquam alios homines conspexit,
quales nos sumus, propterea quod nunquia
peregre extra patriam profectus sit, in qua
dam corona & conuentu Æthiopum per
tinaciter affirmaret, diceretque, nusquam
gentium homines albos aut flauos repe
tiri, neque ullius alterius coloris quam ni
gros, nūquid aliis fidem suis dictis face
ret? Diceret autem ad illum quispiam ex
senioribus Æthiopibus, tu uero unde hæc
cognita & explorata affirmas audacissi
me, neque enim unquam a nobis suscepta
ad exteris populos profectio peregriz
natus es, neque per Iouem qualia apud ex
teras nationes sint unquā peruestigasti.
aut præsens ocalorum testimonio didi
cisti. An uero hunc senem non recte &
grauius sentire prædicarem? Aut quid
tu confili in mediū aduers Hermotimes?

D v.

H E R M. Imo uero tuæ sententiæ assen-
 tior, iustissime enim mihi uidetur eius te-
 meritas ita posse compesci. **L V C.** Et
 quidem mihi o Hermotime. Cæterum
 quod posthac dicturus sum, quomodo
 tibi mecum cōueniat, scire nō possum. Mi-
 hi quidem & illud iam ualde persuasum
 est. **H E R M.** Quale nam illud est?
L V C. Nempe uir ille probabili indu-
 &ione inferet dicturus, ergo absurdè pro-
 positus est nobis quispiā Luciane, q̄ saltē
 Stoicorū placita calluerit, quēadmodū
 amīcus ille tuus Hermotimus. Cū autē
 nunq̄ p̄egre profectus, neq; ad Platonis
 Academiā se cōtulerit, neq; apud Epicu-
 rū diuerterit, neq; omnino cū alio quoq̄
 familiaritatē cōtraxerit. Itaq; si dixerit,
 nihil ita pulchrum, aut ita uerū inueniri
 apud oēs reliquos, qualia Stoicorū sunt
 & quæ ab illis asseruntur, an nō iure opti-
 mo temerarius & audax tibi uideri debe-
 at, de oībus definiendi & p̄nunciandi au-
 thoritatē sibi sumens, maxime uero cum
 tantū unius sectæ peritus sit, neq; unquā

D E S E C T I S.

ex Aethiopia, vel alterum pedem protulerit. Quid uero existimas illi respondendum esse? Nū uerissimū illud nos uide licet Stoicis addictos illorū philosophiā plane perdiscere, iuxta quam dignū putemus philosophari. Neq; tamen nobis obscura sunt ea quae dicunt ab aliis. Sigdem præceptor noster, & illa inter disserendū nobis pponit, refellēs subuertēsq; illa satis argute. Nū uero existimas hoc rīso auditō, tacituros esse Platonicos, & Pythagoricos, & Epicureos, tūetiā alios? An nō in sisū soluti iure optimo ad me dicerent, qualia nam facit familiaris tuus Hermotimus o Luciane, qui dignatur aduersariis de reb⁹ nostris fidē habere, prorsus existimans eiusmodi esse oia nostratia, qualia ipsi falso configunt& dicunt, quorū aut iþi imperiti sunt, aut ipam ueritatē de industria celātes obfuscant improbi. Aut igit si uiderit aliquē ex athletis exercentē se priusq; in harenā descēderit, calcitrantē in aera, aut pugnis inanē quāpiā plagā inferentē, q̄ si cede

L V C I A N V S

ret aduersariū , illum ideo statim procla-
mabit præfetus certaminis esse invinci-
bilem : Aut non potius existimabit per
facile & tutum esse, ita pueriliter & iuue-
niliter ? hrasonē gloriarū plenum age-
re, nullo aduersario illi repugnāte: ipam
autē uictoriam tunc primū decernendā
esse , quādo aduersariū fortiter deuictū
pstrauerit , et superiori certādo euaserit,
altero lassitudine confessio, alioqui uero
nequaq;. Proinde , neq; Hermotimus ab
his quibus pceptores sui aduersum nos
absentes, in umbra dimicant atq; digla-
dianf, illos uictores esset putet , aut ea
quā à nobis asserunt, tam sine negotio
posse refelli , aut subuerti. Quoniā illud
p̄simile esset puerorū ædicolis , quas illi
ut infirmas parare solent , ita p̄tinus sub-
ueritunt ac diruunt. Aut per Iouem etiam
his, qui exercitio sagittādi sunt occupati,
qui stipulis quibuspiam colligatis , &
super contum fixis, nec ita procul positis
emissō telo iaculanf: ac siquando forte
fortuna collimantes scopum tetigerint,
stipulasq;

D E S E C T I S.

stipulasq; præfixas iaculo penetrauerit;
ilico exclamant, quasi rē magna pacta,
si telū per sarmenita euolarit. Cæterū ne
quaq; ad hūc modū Persæ face ī cōsueue
rūt, sed neq; Scithæ quotquot illorū arcu
& arte iaculādi præcellūt: uerū initio ipi
equis insidentes, obequitando emittūt
iaculum. Deinde etiam ea ipsa faciunt
mobilia, ad quæ arcu collimat, nō stabi
lia aut sagittam expectantia donec inci
derit, sed cum plurimū fugientia, nem
pe feras, & maxie uolucres feriunt. Qd si
nōnunq; scopus quoq; feriēdus est, emis
si teli firmitate & impetu, lignum trans
uersim obiectum, aut scutū bouinis co
riis confectum pponentes, transfigunt,
ac tunc quidem bonam spem habent, fo
re, ut eorū tela etiā p arma ubi usus erit,
penetrent. Quapropter o Luciane, dic
nostris uerbis Hermotimo, pceptores
eius sarmētorū seu stipularū fasciculos,
ppositos telis petere: deinde ambitiose
gloriari homines armatos se deuicisse;
insuper aduersus imagines nostras depi

etas pugilum more depugnare , quibus
 etiam , ut par est , superatis nos prostratos
 esse existimēt . At qui unusquisq; nostrū
 ad illos dicere possemus , quod ab Achil-
 le dictum est de Hestore , ille meā haud
 quaq; galeam , cristalq; comantes Aspi-
 cere ardebit . Hæc quidem uno ore dictu-
 ri sunt om̄es , singulatim autē alius alia .
 Plato haud dubie mihi uidetur aliquid
 narraturus , eorum quæ facta comperit
 in Sicilia , quorū non pauca habet com-
 perta . Siquidem perhibent Geloni Syra-
 cusiōrum tyranno os fuisse putridū , in-
 fectumq; graueolentia , id quod per multū
 temporis illum latuit , cum nemo
 auderet ob hoc ipsum reprehendere virū
 præpotentem tyrannide , donec illi mu-
 lier peregrina adducta , rem ut se habe-
 ret , sūpta audacia exposuisset . Quare illi
 inflāmatus iracundia , vxorem suam
 accessit , grauiter cum ea expostulans ,
 quod illi non palam fecisset fœtidi oris
 graueolentiam , cum eius uitiosæ ani-
 mæ probæ fuisse conscientia . Illa uero orae-
 uit

D E S E C T I S.

uit sibi habendam esse ueniam , propt̄
rea quod nunquā antea ullum alium vi-
sum sit experta , neq; cum quoquā tam
prope congressa , ita ut pro certo puta-
rit in uniuersū oēs uiros non aliā aiām
ore exhalare . Itaq; & Hermotimus , quia
cū solis Stoicis cōmertiū habuit , pculdu-
bio diceret Plato , nō iniuria nescius est ,
qualia nam aliorū sint ora . Non dissimi-
lia fortasse & Chrysippus diceret , & his
etiā multo plura , si illo indēnato & indī-
cta causa relicto , ad Platonis Academiā
& quodā eius assecla persuasus me recipē-
rem . Iam , ut tandem paucissimis uerbis
totius rei summām complectar , ita sta-
tuo , dum quidē in incerto fuerit , quæ
nam uera sit secta philosophandi , nullā
esse eligendam , ppter ea quod nō careat
contumelia , si hac electa , aliam negle-
xeris . H E R . Pēr societatem dome-
sticam Luciane age , Platonē quidē &
Aristotelē , quin etiam Epicurū , & alios
missos faciāus . Neq; n:ex dignitate meā
ē , ut aduersus illos ego cōflicter . Cāterū

gos duo , ego inquā & tu , accurate discutiāmus , num res philosophica tale quidam sit , cuiusmōi ego esse affirmo , Ac Ethiopas autē , aut Gelonis uxorculā quorsum nam opus erat , ex Syracusis usq; ad nostrum colloquiū accersere ? L V C . Sane illos quidē missos faciamus , quandoquidē tibi ad nostram disceptationē , parum utiles & supuacanei uisi sunt . Tu uero dic modo , appares em̄ similis quidam admirandi dicturo . H E R . Mihi equidem prorsus uide Luciane , omnibus modis fieri posse , eum , qui tantummodo Stoicorū dogmata pdidicerit , ex illis ad unguem cognitis uerum nosse , tametsi aliorum decretis posthabitatis ne quaquā singula pdiscendo excusserit . Cōsydera uero , tecum ad hunc modū ratione itita , si quis hoc tantū ad te dixerit , duabus dyadibus numerū quaternariū absolui . Ergo tibi iam circūeundū est , & yiritim exquirendū ab aliis oībus , quot quot arithmeticæ nō sunt rudes , ne forēt quispiā inter illos sit qui dicat , bis duobus

D E S E C T I S

bus quinq; aut septem constitui? An nō
illico tibi planū sit eum uitū uera diceres
LVC. Illico quidem o Hermotime.

HERM. Qui igitur tibi fieri posse nō
uidetur, eum, qui solum in Stoicorum
scholam inciderit ueritatem dicentium,
illorumq; sermonibus plane persuasum,
aliarum nō amplius egere ductu & aus
spiciis, cum certus iam factus sit, nunquā
fore, ut quatuor quinq; fiant: nō si insinj
ti Platones aut Pythagoræ diuersum af
firmauerint. LVC. Nihil aduersum,
quod aiunt, dicens o Hermotime, cum ea
quaꝝ omnibus iamdudum sunt certa &
persuasa, rebus dubiis & incertis assimula
re non dubites, longe lateq; inter se se dis
sidentia. Quid aut̄ respondes esse ne ali
quem quo cum tu sermonem sociaris cō
tendentem duos dyades coniunctas, aut
septenarium aut undecenarium nume
rum constituere? HERM. Haud
quaquam ego, nisi fortasse per insaniam
deliraret, negans ex his non nisi quatuor
ex escere. LVC. Quid autem,

incidisti ne aliquando(& per Gratias ue
 rum dici uolo) in Stoicum aliquem &
 Epicurum , de rerum principiis , & bono
 rum fine inter se nō dissidentes ? H E R .
 Nunquam . L V C . Proinde , etiā atq;
 etiam uide , ne tuis falsis & euaniidis ratī
 onibus me fraudulenter decipias , maxi
 me uero amicū tuum existentem . Cum
 enim nos subinde quæramus , qui nam
 in philosophiæ studiis uera loquantur ,
 tu nihil cunctatus hoc præoccupatū Stoī
 cis attribuisti , dicens , illos esse , qui bis
 duo quatuor esse statuerint , quod quidē
 obscurum est , num ita se res habeat , for
 tasse enim dicerent Epicurii aut Plato
 nici , uestram hanc esse compositionem ;
 nos autem quinq; aut septem illa esse di
 cimus . An non uidentur hoc ipsum tibi
 egregie præstare , cum , uobis hoc solū
 quod honestum est bonum esse putant;
 bus , Epicurei uoluptatem summum bo
 num esse statuant . Et cum uos pertina
 ciſſime contendatis omnia esse corporea ,
 Plato tamē eius opinionis est , ut censeat

in re

D E S E C T I S

In rerum natura, non nihil quoque esse nisi corporeum. Et quod primo loco dixi, nō mihi aude illud quod in dubio uersatur tanquam minime dubitanter proprium illud Stoicis habendū tradidisti. Nam cum alii hoc sibi uendicent, dicantque illud esse, sane ibi tum sumo iudicio opus esse opinor. Porro aut si apud omnes in confessio esset, solos Stoicos uere autumare bis duo esse quatuor, aliis mea quidē sententia cōticeſcendum est: Quamdiu uero ea de re inter ipsos cōtentioſe digladiantes anceps est cōtrouerſia, omnes ex æquo audiendi sunt, aut cōpertū habere uideri nos ad Gratiā ferre iudiciū. HER. Nō uidere mihi Luciane intellexisse quod dicere uoluerim. LV C. Ergo crassius & manifestius explicandū tibi erit aliud quippiā dicturo, tantū uide ne tale aliqd dehinc adducas. HER. Scies actutū cuiusmodi sit quod dico. Ponamus enim duos aliquos in Aesculapii aut Dionysij fanum ingressos, deinde phialam quandā exercibus sacris esse sublatā atque deperditam.

E ii

L V C I A N V S

Haud dubie iam summopere necessariis
um est, ut ambos inuestigatione habitā
perscrutemur, uter nam illorum phialā
in sinu abditam habeat. L V C. Maxi-
mē. H E R M. Omnino autem alte-
rum habere necesse est. L V C. Et cur
non, siquidē deperdita est. H E R M.
Proinde, si apud priorem amissam phia-
lam inuenieris, alterum nequaç exequi-
dum esse putas, iam enim palam est il-
lam non habere. L V C. Sane palam
est. H E R M. Et si in prioris sinu re-
perta non fuerit, alterum habere plane
cōsentaneum est, neq; hic longa perscrutati-
tione opus est. L V C. Certe enim
haber. H E R M O. Ergo nos quoq; si
apud Stoicos phialam iam inuentam ha-
bemus, alios perscrutandos esse superua-
ciūm & indignum existimamus, haben-
tes quod dudum tantopere quærebam⁹.
Aut quamobrem inani labore nos ipsos
amplius defatigaremus? L V C. Nul-
lius profecto gratia, si reperta phiala pe-
nes uos fuerit, illaç inuenta pro certo cō-
pertū

D E S E C T I S

pertum habetis , illud ipsum esse quod erat deperditum, aut plane uobis cognitum est donarium. Iam uero o amice, non saltem duos sunt qui templum ingrediuntur, ut necessarium sit alterum habere rem furto subtractam ; uerum profecto illorum magna est copia. Deinde non minus obscurum est, quid illud tamdem sit quod deperditum est , num phiala quæpiam , num scyphus , num corona. Quotquot enim sacerdotes sunt, sub inde aliud aliud esse affirmat, quippe qui neq; de ipsa materia unanimiter consentient, uerum hi ex æte , alii ex argento factum , partim autem aureum, partim uero argenteum illud esse dicitant. Itaq; plane operæ preium esse uides, detractis uestimentis omnes in templum ingressos exui , si animus est rem amissam inuenire . Quanquam enim apud primū aurea phiala tibi reperta fuerit, nihil secus tamē & ceteri pari opera sunt exercundi. H E R M. Quamobrem uero o Luciane & LVC. Propterea quod incer-

tum sit, nū phiala illud ipsum sit, qd' erat
amissū. Tametsi uero & hoc uno ore om-
nes confessi fuerant, haud tamen omnes
aureā fuisse phialam cōfirmabunt. Por-
to autē ut maxime inter omnes constet
aureā phialam esse amissam, tamē ne sic
quidem alios perscrutandi finem facies,
neq; em̄ tibi constabit nū Dei sit illa ipsa,
aut non reputas infinitas esse phialas au-
reas t̄ HER. Sane censeo. LVC. Igi-
tur omnib⁹ modis necessariū est perscu-
tantē omnes accedere, & illis quæ apud
quenq; inuenierit in medium depositis,
coniicere, quid nam ex eisdem diuinum
donariū potissimū sit existimandū. Ete-
niam qd' omniū maxime dubio inuoluit
animū, illud est, quod unusquisq; exuto
rum aliquid apud se habeat, hic scyphū,
ille phialam, aliis coronā, & hic quidem
ex ferro fabricatā, alter aut aureā, tertius
argenteā. Nondū uero clarū est & per-
spicuum, nū hæc sit res sacra, quod habet
Quare magnam tibi impositā esse uides
necessitatē dubitandi, quē nam ex tanto
nume

D E S E C T I S

numero sacrilegii insimules. Vbi uero omnibus essent paria & similia, iuxta foret incertū cognitu, qui nam diuina domaria sustulisset, sunt enim harū rerum possessiones etiā priuatæ. Cæterum ignozantiæ causam unā esse arbitror, quod nullo titulo inscripta sit deperdita phiala. Ponamus enim amissam esse phialā, quæ si Dei nomine, aut eius qui illā téplo dicatam cōsecrauit, foret insignita titulo, minori in perscrutando labore defatigaremur, & ea quæ inscriptiuncula notata foret reperta, finem faceremus alios exēundi & perturbandi. Opinor aut̄ Her motime, iā te s̄æpenumero gymnicis certaminibus interfuisse. H E R. Et recte quidē opinaris, iam enī persæpe interfui. L V C. Nunquid igitur etiā aliquando iuxta Athlothesas consedisti? H E R. Per Iouem nup in Olympiis leuum latus iudicū sedendo claudebam, quando Enandrides Elei filius inter ciues suos spectaculum mihi præoccuparet. Cus piebam enim singula proprius inspecta

L V C I A N V S

cognoscere quæ fierent circa iudices.
LVC. Proinde, etiam illud exploratū
habes qua sortiendi ratione uti soleant,
cui nam cum quoq; luctandū aut Pácrá
tio decertādum sit? HERM. Plane
perspectū habeo. LVC. Longe itaq;
promptius & melius tu expedes, qui ista
propius & curiosius sis contemplatus.
HERM. Apud priscos quidem præsi
dente in certaminibus Hercule, laurea
folia. LVC. Ne mihi quæso prisco
rum instituta percenseas Hermotime,
sed quæ ipse coram conspexisti cedo.
HERM. Initio quidem urna argétea
Deo sacra in medium proponitur, in eā
paruæ quædam sortes coniiciuntur, fa
bacea ferme magnitudine literis inscri
ptæ. Inscrubuntur aut̄ duæ utraq; uideli
cet litera α , deinde in alteras duas scribi
tur β , mox in alias duas γ , ac deinceps
juxta eandem rationem inscrubuntur &
reliquæ pro numero athletarum, si plu
res fuerint, ita ut semp binæ sortes iisdē
sint insignitæ literis. Accedit deinde
quisq;

D E S E C T I S

quisq; ex athletis susceptis uotis Ioui sup
plicans, immissaq; in urnam manu, unā
ex sortibus extrahit, & post illum aliis.
Quibus singulis assistens flagellifer pro-
tensa manu obstat, ne legantur literæ,
quæ à singulis exactæ sunt. Cæterū ubi
iam singuli singulas sortes habuerint, tū
demū Alytarches, ut ego opior, aut vñ
ex iudicibus, neq; enim amplius memo-
ria teneo, circumeundo cōtemplatur, et
explorat sortes in circulo consistentium.
Atq; ita eum quidem qui & habuerit, cū
altero sortem & inscriptam habente, aut
lucta aut Pancratio decertaturum com-
mittit. Deinde, pari ratione etiam eum
qui s habet extractum cū altero eiusdē li-
teræ, qui tenor committendi seruat
etiam in aliis consimilium literarum sor-
tes habentibus. Et hæc est ratio compo-
nendorum athletarum numero illorū
æquali seu pari existente, nimirū si octo
aut quatuor aut duodecim illorum fue-
rint. Quod si dispare accesserint, quinq;
uidelicet aut septem seu nouē, tū litera-

E V

quæpiam supuacua sorti inscripta, unde
cum aliis in urnam mittiſ, non habens
literam ſibi respondentē. Quicunq; ergo
illam extrahendo cōfecutus fuerit, aliis
ad ultimū uſq; præſidet, expectās donec
alii finitis certaminibus decertauerint,
neq; em̄ habet literam ſuæ oppofitam.
Eſtq; illa non mediocris athlētæ fœlici-
tas, quippe qui adhuc uiribus integer,
cum defeffis egressurus fit. L V C.

Iam quidem paulisper interquiesce, etc
nīm illud eſt, cuius egebā maxime. Er-
go illorū iam nouem ſunt, om̄esq; imiſ-
ſa in urnam, manu ſortem extraxerūt,
tu uero age iam circūeundo (pro ſpecta-
tore enim certaminis, iudicis officiū tis-
bi deferam) contemplare literas. Haud
quaq; em̄ credo priuilegio cogniturū, quis
ex illis præſes dicendus fit, quā ad om̄es
veneris, & illos inter ſe composueris.

H E R. Quorū uero iſta dicis Luci-
aneſ. L V C. Horū uidelicet, qd
nullo modo fieri poſſe videaſ, ut illico
teperif litera illa declarans pſidem. For-
taſſe

D E S B C T I S.

Tasse enim inuenire potes literam, incertus tamen eris num illa sit, neq; eiñ ulla exceptione prædictū est x, aut μ, aut υ, fore eam literam, quæ p̄sidem sit cōstituta. Atqui ubi in & incideris, alius & habens tibi quærendus est, quo inuerto, illos inter se ad congregandū cōponis, Deinceps in β, plapsus alterum β, ubi sit, studes inuestigare, qđ inuento aduersū est. At ita quidē agis cum cæteris oībus, donec ille tibi relictus fuerit, qui solitariam habuerit literā, nullā aduersariū indicantem. H E R . Quid autē si ad illū forte fortuna prima, aut secūda uice delatus fueris, qđ tum faciendū tibi uidetur? L V C . Nihil equidē, verū tu Græcorū iudex, scire possim qđ facturus sis, an actutum eundē pro p̄side sis p̄clamatur, aut potius putes oēs in circulo necessario accedēdos, & inspiciendos es se, num uspiam consimilis penes aliquē relicta esset litera, ita ut nisi omniū sortes uiritim tibi inspectæ fuerint, nunq; cognosces p̄sidem. H E R . Atqui

pfacile scire possum Luciane, nouem illorū existentibus. Etenim si e primo aut secundo loco inuenero, plāne certus sum eum fore p̄sidem, qui eo sortem inscriptā habuerit. L V C. Quo nā pasto o Hermotima est HER M. Ad hūc quidem modum, illorū enim duo & habere certum est, consimiliter etiam alii duo sibi uēdicant. Iam cum adhuc quatuor sint reliqui, duos illorum γ, alteros & extraxisse, dubium non est. Et iam quattuor literæ in octo athletas distributæ & absumptæ sūt. Pro certo igit̄ constat tantūmodo supēsse ε, quod qui extraxerit, præses haud dudie constituitur. L V C. Utrum igit̄ Hermotima, collaudē ne ego te ob singularē ingenii tui industriā, an placet, ut ea refeliam, quibuscūq; tandem probabiliter contradici posse reor? HER. Ita per Iouem: vehementer enim animi pēdeo, etiam atq; etiā cogitans, quidnam his ratione pbabili possis contradicere. L V C. Evidētu, quēadmodū līte

D E S E C T I S.

sæ pingunt ex ordine dixisti, ueluti pri
 loco & ponit, secundo ē, ac deinceps alia
 secundū illarum seriem usq; ad unam il
 lam, in qua terminat̄ athletarū nume
 rus. Et sane facile assentior tibi ita fieri
 in olympicis certaminibus. Quid autem
 si nō seruato literarū ordīne quinq; ex oī
 bus indiscriminatim eligeremus, uide
 licet ipm χ, deinde σ, mox ξ, postremo
 κ & θ. Quatuor itaq; literæ octo sortib⁹
 inscribenf, ipm autem ξ, sup nonam fo
 lum, quo præses nobis indicabit̄. Quid
 ergo iam facies statim sub initiū literu
 la ζ inuēta? Quomodo uero cognosces
 præsidem existentem eum qui illam ha
 buerit, nisi om̄es aggressus, nihil huius
 simile inueneris? Neq; enī tibi integrū
 erit, quemadmodū nunc ex illarū ordīne
 cognoscendi præsidis coniecturā facere.
H E R. Rem arduam ex me interro
 gas, ad quam ut tibi respondeam, mihi
 pmp̄tum nō est. **L V C.** Age, si pla
 cet hoc ipm alia ratione cōsiderandū tis
 bi pponam. Quid si nullis literarū figu
 ris,

L V C I A N V S

ris, sed signis quibusdā & characteribus
sortes cōnotarentur, cuiusmodi permul-
ta literarū loco depingunt Aegyptii, pu-
ta homines caninis, aut leoninis capiti-
bus. Aut illa quidem, si uidetur, missa fa-
ciamus, cum sint peregrina & exotica,
& à nostro instituto prorsus aliena. Age
vero simplicia illa & uniformia sortibus
inscribamus, quemadmodū fieri potest
assimulantes, nimirum binis sortibus
homines, deinde binos equos alteris bi-
nis, mox duos gallos, postremo duos ca-
nes. Porro nonæ tanq; præstatiſſimæ leo-
nis imago insculpta sit. Proinde, si mox
initio in sortem leoninam ferētem ima-
ginem incideris, quibus nam cōiecturis
persuasus, dices eam esse qua præses de-
signarur, nisi omnes accurate circum-
spiciēdo pluſtraueris, num quis etiam
alius præter hunc adsit habens sortē leo-
niferam. H E R. Nihil habeo Luci
ane, qđ tibi ad hæc respondeā. L V C.
Nō iniuria, neq; enim uideo, quid pos-
sit apte respōdi, adeo, ut si animū indu-
xerimus

D E S E C T I S.

xerimus , aut eum inuenire , penes quæ
sacra sit phiala , aut quæ inter athletas
p̄sidis loco habendus sit , aut cuius ductu
& auspicio fœlicissime in Chòrinthum
urbem illam florentissimā puenire ques
amus , om̄es necessarij accedendos esse
putem , summaq; diligentia detraetis ue
stimentis , om̄ibus tentatis solertissime
exquirendos , et em uix etiam sic ueritas
tem indagantes puestigabimus . Quod
si quis mihi unq; futurus esset cōsiliarius
fide dignus sup̄ rebus philosophicis , con
tendens oīno opam esse nauandā philo
sophiæ studiis , ille demū solus erit , quæ
eoꝝ quæ dicunt ab oībus , ad unguē pe
ritū esse cognouero . Reliquos aut̄ oēs ut
iutiles , & nulla re dignos cōtemnā , nihil
fidei illis habitur⁹ , donec etiā uni⁹ fuerit
nescii . q̄ fortasse ex illis esse possit oīm o
ptia . Neq; n. siqs adducto hoīe formoso ,
dicat , hūc ex oībus hoīem esse formosissimū , statī ille suis verbis mihi fide factu
rus est , ut credā eū uera loqui , nisi certū
habuero oēs hoīes illi visos esse : fieri em̄

L V C I A N V S

fortasse potest, ut & hic homo non sit cōtemnendæ elegantiæ, quod autem summae sit inter omnes formæ & uenuſtatis, scire haud quaq̄ possum, nondum uisis omnibus. Nos porro non formoso tanti egemus, sed formofissimo, quē nisi inuenerimus, patum sudatum, & nihil actum esse putabo. Non enim contenti etimus, in qualemq; tandem amabilis & honestæ formæ hominem incideris, uerum summam illam, qua major esse non potest, formæ elegatiā peruestigamus, quam necessario unam esse negare non potes. HERM. Vera sunt hæc. LVC. Quando ergo aliquē mihi produces, totius in Philosophia itineris peritum, quemq; ea non fugiat, quæ cum à Pythagora, tum à Platone, præterea quæ ab Aristotele, Chrysippo & Epicuro, a hisq; omnibus dicuntur et affirmantur. Deniq; qui una uia ex omnibus electa experimēto edoctus pro certo cōpertum habeat, eam solam esse uiā quæ recta ducat uiatores ad felicitatem tanti opere

D E S E C T I S.

opere quæsitam. Etenim, si tales quæ
piam quærendo consecuti essemus, desi-
neramus nos molestis onerare negotiis.

H E R M Haud quaq; Luciane eiusmo-
di uir inuentu facilis est. **L V C.** Quid
igitur faciemus Hermotime, neq; enim
animus abiiciendus est, propterea quod
eiusmodi ducis inopia in præsentia labo-
ram;. Ergo illud adgrediamur, qd' factu-
mibi uidetur multo consultissimum &
tutissimum, ut quisq; ab initio exorsus
omnes sectas percurrat, eaq; accurata &
diligenti indagine cōsiderando exami-
net, quæ dicta sunt ab omnib;. **H E R.**
Quantum quidē tua uerba intelligo, ita
facto opus esse uidetur, nisi quod illud qd'
non multo ante te dictum est, cum his
mihi pugnare uidetur, uidelicet arduū
& graue esse, eum qui uni uiae iam sese
tradiderat expansis denuo uelis recesso-
re. Quomodo enim fieri potest, ut is qui
in priori iam occupatus detinetur, reli-
quas omnes percurrat. **L V C.** Illud
equidem paucis tibi expediam, nimirū

F

L V C I A N V S

'Thesei institutum imitabimur, filoq; &
tragica illa Ariadne accepto, nullū non
Labyrinthum ingrediemur, nec dubito
quin sine negotio tantum ductu fili ita
nobis licebit ingredi. HER M. At un
de tandem nobis illa Ariadne compa
rebit, aut unde filū parabimus? L V C.
Bonū habe animum o amice, iam enim
uideor mihi reperisse, cuius ductum se
quuti, haud dubie egrediemur. HER.
Quod nā igitur illud est? L V C. Cer
te meum non est quod dicturus sum, sed
cuiusdam ex sapientibus uiri summi, né
pe illud, sobrius esto, & memento diffidē
dum esse. Etenim, si minime leuiter & fa
cile persuasi quibusuis auditis fidem ha
buerimus, sed more iudicū, aliis quoq;
fandi copiā concesserimus, fortasse haud
difficulter horum Labyrinthorum inex
tricabiles errores effugiemus. HER.
Bene sane dicas, illud quoq; nobis faci
endum intelligo. L V C. Videlicet,
ceterum ad quem illorum omnium pā
riū nos conferemus? aut non perma
gni

D E S E C T I S

gni illud interesse putas? Ab eo tandem quicunq; sit incipiamus, nempe à Pythagora, quandoquidem ita cessit. Quantum uero temporis statuemus omnibus Pythagoricæ philosophiæ, placitis perdiscendis suffecturum? Volo autem annos in quibus sub initium Pythagoricæ sectæ candidatis consileendum est, excipi. Opinor omnino cum illis quinque fatis fore tringinta, aut ad minimum omnibus modis uiginti peropus est.

HERM. Ponamus ita esse, deinceps uero totidem alii Platoni concedendi sunt, ac mox nihilo pauciores Aristoteli.

LVC. Non pauciores profecto.

HERM. Chrysippo autem quod impendendi sint, nō est quod multi iste interrogem. Iam enim certus, antea ex te audiui quadraginta uix suffecturos esse.

LVCIA. Ita sane.

Hec uerba aptius mihi uisa sunt cōuenienter persone Lucia ni, quam Hermoti mi, proinde cōsulto hic psonas mutauimus, præterq; i grāco codice habentur

Deinde Epicuro & aliis. Quod autem non
nimium illis tribuere videar, hic per-
discere facilissime, apud animum tuum consi-
derando, quoniam nam sint octogenarii cum
Stoici tum Epicurei, atque etiam Platonici
ingenue fatentes, nondum cuncta suae
sectae & ullis esse exploratae & cognita, ita
ut in disciplinarum cognitione, nihil in
illis desiderari queat. Quod si alii in
hoc tergiuersari uidentur, non tamen ut
opinor hoc negabit Chrysippus & Aristo-
teles & Plato. Potissimum autem praes-
cunctis Socrates, illis certo non postpo-
nendus, qui omnium testimonio profes-
sus est, se non tantum non omnia, sed in
uniuersum nihil nosse, aut hoc tamense
scire, quod nesciret. Computemus igitur
subducta ratione ab initio, uiginti
Pythagorae attributi sunt, deinde toti-
dem alii Platonici, mox nihilo pauciores
aliis conceffimus. Quot erga in summa
istis sunt anni simul comprehensi, si de-
cem saltrem in philosophia disciplinarum
seatas

D E S E C T I S J

seatas constituerimus. HERM. Plus
res quam ducentio Luciane. LVC.
Ergo si tibi consultū factū uidetur, qua-
ta pars annorum auferatur, saltem quin-
deīm studiis nostris satisfacere putan-
tēs, aut omnino partem dimidiam.

HERM. Tu quidē multo melius hac
de re quid faciendum sit, statues. Ego
hoc probe perspicio perquam paucos ad
hunc modum omnes seatas percursuros;
tametsi statim ab ineunte pueritia philo-
sophia studium exorsi fuerint. LVC.
Quid autem faciendū suades Hermot-
me, cum ita se res habeat? An subuen-
tenda & refellēda ea existimas, quae iam
ante haud dubitanter confessi sumus, ne
minem uidelicet unquam electurum, id
quod ex multis omniū est præstantissi-
mum, nisi omnium facto periculo singu-
la degustauerit. Adeo, ut qui magistra
experientia delectum non habuerit, ei
oraculo magis aut responso Veritatem
investigandam esse. An non istius mo-
di inter nos dicta sunt? HERM. Sane.

L V C I A N V S

LVC. Proinde summopere necessaria
rum esse video, tantum temporis nos
ætatem agere, si unquam omnibus per
tentatis recte eligere consilium est, iaq;
acto delectu philosophiae incumbere,
qua percepta & cognita foelicem uitam
uiuere queamus. Prius uero quam ita
fecerimus, in tenebris, quod aiunt, sal
caremus, in quæcunq; inciderimus illiso
pede impingimus. Et quodcunq; primū
in manus nobis uenerit, illud quod quæ
rimus esse existimabimus, propter ueri
tatis ignorantiam. Quod si etiam ma
xime bona fortuna ad illud delati fueri
mus, constanter tamen nunquam scie
mus, num id sit quod tantopere à nobis
quæsitus est. Sunt enim non parum
multa his ipsis similia, singulis affirman
tibus hoc ipsum esse multo omnium ue
rissimum HERM. Haud scio o Lu
ciane, quam mihi uideare argumenta
persuasionis bonarumq; rationum ple
na inter disputandum producere, uerum
enim uero non mediocreiter me pertur
bas

D E S E C T I S

bas ista differendo, nimiumq; argute &
anxie disquirendo, quod ad rem parum
attinet. Fortasse autem videor etiam in
auspicio hodie pedem domo extulisse,
cum egressus tibi obuiam uenerim, qui
me prope spei portum consistentem in
inevitabilem animi desperationem ins-
iecisti. Veritatis inuentionem impossibi-
lem esse ostendens, tatum uidelicet tem-
poris requirentem. L V C. Cur ergo
hoc ipsum o amice, nō multo iustius cū
patre tuo Menecrate, & matre tua quod
cunq; tandem illi nomen fuerit, neq; enim
teneo, expostulas t; aut potius cum natu-
ra omnium nostrum parente, quod te
quoq; non ut Tithonū annosum & lon-
gæuum constituerit, sed præfinito desti-
nari homini uitam etiam longissimā
centum annorum numerum non exce-
dentem. Cæterum, ego tecum consyde-
rando répperi, quod e disputatione no-
stra potissimum potuit elici. H E R M.
Nequaquam, uerum tu semper qui-
dem conuictiores, atq; haud scio qui

L V C I A N V S

nam factum sit, ut tu extreme odio habeas philosophiam, eosq; qui sapientiae studiis sunt addicti, salibus & dicteriis delusos naso suspendas. L V C. Cuiusmodi nā res sit Veritas o Hermotime, uos longe melius & prompti⁹, qui sapientia ornati estis, expedietis, nimirū tu & p̄cepto⁹ tuus. Ego saltē hoc me plane sciē arbitror, hanc non nimium auditu iucundam, & dulcem esse mortalibus, quoniam longe lateq; mēdatio est inferior & uilior. Est enim hoc apud homines multo in specie formosius & præcellens⁹ tius, atq; hoc nomine quoq; auditu iucundius & dulcius. Illa uero quia nihil in se habet insinceritatis aut adulterini, cuius sibi efficit conscientia, magna cum libertate differit inter homines, eamq; ob ré plerisq; intolerabilem adfert molestiā. Quēmadmodū & tu nunc indignaris; nec mea dicta fers humaniter, quibus tecum super hisce rebus Veritatem erui, tibi⁹ plane inditum feci, cuiusmodi ea sint, quorum utriq; iuxta immodico & amore

D E S E C T I S.

amore & desiderio teneamur, quā prōsus illa noctu non sint facilia. Veluti si statuam aliquam non informem īfantido amore deperires, eaq; te posse potiri in animum induceres, suspicaris ēsse hominem. Ego uero intuitus, aut lapideū aut æreū ēsse simulachrum pro mea in te benevolentia tibi significarem, rectum quarum potiundarum nulla esset relictā copia, te amore capi, ac tu iniquitū tunc & malevolentem me tibi censeres, quia nolim te decipi absurdā et monstruosa, nec spei consentanea sperantem.

H E R M. Eo igitur hæc tibi dicta sunt Luciane, quasi putas nullā operam Philosophiæ studiis nobis nauandum ēsse, sed oportere nos socordiæ et inertiae ad dictos priuatam uitam in terris agere.

L V C. Et quādo aut ubi ista medicentem audiuisti? Ego quidem nō eo quasi non sit philosophandum ista dico, uerū quandoquidē omnino philosophiæ studendum est, uiae ait ad illam sint nō paucae, quarum nulla non perhibetur com-

L V C I A N V S

pēdiosissimum esse ad Virtutē diuerticu
lum, tametsi etianum in incetto sit quæ
ex illis uera sit, diligentem & exquisitam
diuisionem facienda esse existimo, Qui
enim fieri posse speré, multis nobis pro
positis, ex illis eligere quod optimū est,
nisi quis omnia faciendi periculi gratia
accesserit. Deinde, num longa adhuc
superfit peregrinatio, aut an finis jam
instare uisus sit. Cæterum quid tibi uide
tur? iam enim de integro te interroga
bo, num eum qui sub initium tibi occur
serit, sequeris: cumq; illo cōmunitibus phi
losophiæ disciplinis inuigilabis, atq; ille
te certū faciet? H E R M. Quid uero
tibi amplius respondeā? qui ne ges quēq;
recte discernere posse, nisi phœnicis an
nos uixerit, omnesq; per orbem pericu
lum faciendo accesserit. Neq; dignum
ducis fidem habere illis, qui iam olim ha
rum rerum sunt expertissimi, neq; mul
tis illis ista collaudatibus, suoq; testimo
nio cōprobantibus. L V C. Quos tu
michi multos illos narras, num qui harū
rerum

D E S E C T I S.

terū sunt probe gnari, & iidem iam omnium facta indagine peritis? Quod si quis piām talis esset, mihi quidem uel unus sufficeret, neq; multis opus haberem. Porro si imperitos dixeris, nunq; illorū multitudine adduci potero ad credēdū, donec de omnibus nullius ignari definiēndi facultatē sibi parauerint. H E R. Proinde tu solus Veritatem perspexisti, cæteri uero quotquot philosophātur, in uniuersum omnes uæcordes sunt, & sine iuditio. L V C. Tu quidem Hermotī me, falso me mendatii coarguis, cū dice re non uerearis quod me ipse cæteris omnibus anteponam, aut omnino in numero eruditorum haberi contendam, patrumq; memor esse uidere eorū quæ per me ante dicta sunt. Neq; quidem me p̄æ aliis Veritatem dinoscere cōtentio se uociferor, uerum ingenue fateor, mē cū aliis oībus iuxta ignarū esse. H E R. Atqui Luciane quod aīs oēs accedendos esse, eorūq; experimentū sumendū quæ dicunt ab illis, neq; aliā rationē meliorū

eligendorū supesse, fortasse nō ualde im-
probarim. Cæterū, cuiq; experientiæ tot
annos impendi oportere, perquā ridicu
lum mihi uidetur, quasi uero non & e
paucis cuncta perdisci queant. Mihi eq/
dem ista ppendenti, haud quaq; graue,
aut opossum hoc uidetur, quodq; multo
exercitio eget minime. Siquidem aiunt
quendā ex statuariis, opinor autē fuisse
Phydiam, tantū ab ungue leonis cōspe
cto æstimasse, in quantam magnitudi
nem totus leo exurgeret, si iuxta utriguis
rationem fuisset sculptus atq; formatus.
Neq; mihi dubium est, quin & tu, si quis
tantū hominis manū tibi cōmōstraret,
reliquo corpore obuelato, nihil cuncta
tus astutū scies hoīem esse, quod absēōs
ditum est, & si totū corpus non uideris.
Ita quoq; rerū capita, de quibus multus
est multorū sermo, sine negotio in exi
guo etiam punto diei perdisces. Accu
rata autē & exacta harum rerum cogni
tio, cui cōsequendæ longa perquisitiōe
opus est, nullo modo ad electionem me
lioris

Prioris requiritur, verum etiam ab illis quae dixi
 indicium facere licebit. LVC. Par
 pe, quae firma sunt & fortia quae dixisti Her
 motime, cotendens ex partibus totum co
 gnosci posse. Quanquam ego me tuae senten
 tiae diuersum audire memini, ut qui tot
 tum cognoverit, etiam partem perspe
 ctam habeat. Porro qui partem saltem,
 is non statim etiam totum habet cogni
 tum. Iam tu hoc mihi quoque responde,
 quomodo Phydias, quodam leonis ungue
 conspecto, cognoscere potuit leoninum esse
 unguem, nisi ante alias totum leonem ui
 disset? An vero tu hominis manu sal
 tem uisa dicere posses hominis esse, cum
 antea hoitem neque uidisses, neque cognos
 uisses unquam? Cur autem rakes? Nunquid uis,
 ut ego pro te respondeam ad quaestione
 tibi proposita, uidelicet, quod nullo mo
 do posses adeo ut periculum sit, ne Phy
 dias infecta re abeat, leone ne quicquam ince
 pto & exculpto. Nihil enim ista ad Bacchum
 quae a te propounderunt, faciunt. Aut quomodo,
 hanc inter se sunt similia? Neque enim tibi

& Phydiæ alia cognoscēdarū partiū caū
sa fuit, q̄ prior totius cognitio , hominis
dico & leonis. Cæterum in philosophia ,
nempe quā tradunt Stoici, quonā pacto
ex aliqua parte cognita , etiam reliqua
cognosces ? Aut quomodo illa ut hone
sta & pulchra demonstrabis ? Neq; em̄
totum nouisti , cuius illa sunt patres. Qd̄
aut̄ dicis, totius philosophiæ capita , au
ditu facile posse comprehendī, etiam in
modica diei portiuncula , nimirū quæ
rerum sint principia , qui fines, quam
opinionē de diis habeat philosophi, præ
terea quid animā esse sentiant. Et quod
nōnulli omnia corporea esse affirment,
rursum alii etiam pleraq; incorporea es
se cōtendant. Tum quod pars illorū uo
luptatē, pars aut̄ nescio qd̄ honestū , sum
mū bonū , fœlicitatēq; esse statuat , atq;
id genus sexcenta alia. Hæc inq; auditu
facile discerni & definiri posse , nihilq; i
his excutiendis & statuendis esse operæ,
nōesse aut̄ eū qui uera dicat, uide ne unī
us laktē dieculæ particulæ requirat, sed

mul

D E S E C T I S.

multorum potius dierum opus & labor sit.
Aut qd animi illis fuisse putas, qui de his
ipsis rebus aliquot librorum ceterias & chy-
liades cōscribere nō grauati sunt, nimis
rum non ob aliā causam, q̄ ut p̄suasum
facerēt omnibus uera esse, ut mea fert opi-
nia, pauca illa & modica, quae tibi uidē-
tur facilia, nulloq; labore compræhen-
sibilia. Iam uero omnino uate tibi opus
esse opinor ad meliorum electionem fa-
ciēdam, nisi, ut dixi, exercitii impigro
studio illud consecutus fueris, ut in deli-
gendo accurate uniuersa discussias, &
unumquenq; totum ad unguem explo-
ratum cognoueris. Haud enim ualde ne-
gauerim hoc pacto philosophiā in com-
pendium contrabi posse, neq; habiturā
multas uariarū rerum cōpræhensiones,
neq; ullam morā aut cunctationē, si con-
stitutū uatem omniū rerū capita percē-
sentē audieris, & inter audiendū ad sin-
gula mactatis hostiis sacra feceris. Hoc
enī pacto infinitis laboribus Deus te sub-
leuabit, poste aquā ex oblatis extisibl

L V C I A N V S

cōmonstrauerit, quæ nam potissimum
bi eligenda sint. Quod si autē uolueris, &
aliud multo minoris negotii compen-
dium eligendi tibi subiiciam, quod se-
quutus, neq; uictimæ tibi offerendæ sūt,
neq; ullus ex sacerdotibus magna merce
de cōducendis tibi asciscendus est, uerū
cōiectis in urnam literulis cuiusq; philo-
sophorū nomina habentibus, iube pue-
rum aliquem impuberē florescente æta-
tula ad urnā aggressum extrahere eam
literam, quæcunq; primū illi sub manū
venerit, ac tandem inspecta literula du-
cem cognosces, quæ tibi in philosophia
sequendū existimo. H E R. Ista qui-
dem Luciāne scurrili dicacitate & te, &
non ex animo, dicta sunt. Tu uero respā
de mihi, nunq; ne ip̄e uinum cōmerca-
tus es. L V C. Et persæpe quidem.
H E R. Nunquid ergo per orbem cir-
cuire soles, quotquot in urbe sunt caupo-
nes, degustans, licitans, atq; expendens
uina? L V C. Nequaquam. H E R.
Opinor enī illud, cui sub initū bono &
digno

D E S E C T I S

digno incideris, auferendum tibi esse.
LVC. Ita per Iouem. HERM. Pro
inde, & modica illa & tenui degustatiunc
cula, pronunciare iam potes de toto uis
no cuiusmodi sit? LVC. Haud dubie
possum. HERM. Porro, si diceres
assistens cauponibus, posteaquā uini se
starium coemere statuerim, agite o ami
ci, date quæso unusquisq; uestrum totū
dolium mihi ebibendum, ut omnibus
exhaustis certum habeam, qui nam ues
trum generosiora uina uenalia habeat,
& unde mihi uinum sit cōmercandum.
Quod si hæc inquā diceres, an non iure
optimo pro insano ab illis deridēdus es
ses? atq; si illos acriter instando pertur
bandi finem non faceres, fortasse etiam
aqua ab illis perfunderere. LVC. Sane
opinor, & profecto meritis meis digniss
ima paterer. HERM. Non secus se
quoq; habent res philosophicæ, quid emi
necessariū est totū uas exquirere potādo
cum etiam & modica illa degustatiunc
la nobis promptū sit nosse, quale totum

G

fit futurum. LVC. Quām lubricus es
o Hermotime, quāq; tergiuersando la-
beris e manib; uerum profecto tua ter-
giuersarione parum promouisti, cum
enīt sperares te effugisse, in eāsdem pla-
gas incidisti. HERM. Quorsum ista
dicis? LVC. Quoniam rei pet se pla-
næ & indubitatae oībus certæ et cognitæ,
nempe uino, longe dissimilima affi-
milando cōparas, et ea quidem de q̄tis
bus nemo non incertus animi ambigit
in obscuro consistentibus. Ita ut ego me
hercule dicere nequeam, quatenus tibi
uinum & philosophia similia uideantur.
Nisi fortasse in hoc solo, quod et philo-
sophi in quæstu habeat disciplinas uænū
expositas, quemadmodum caupones ui-
num, quas quidem cōmiserentes dolose
et fraudulenter adulterant, et maligna
mensura diuendit. Adhunc uero mo-
dum quod dicis cōsiderabimus. Ais aut
uinū in uale exceptū, totum esse sui simi-
le, et pfecto nihil absurdī in hoc & te dī-
ctū est. At qui si quis etiā degustauerit il-
lud hausto saltē modico, stātim cōpertū

habet, quale totum sit dolium, & hoc in
 confessio est apud omnes, nec est qd' quic
 quā tibi in his contradicā, uide uero etiā
 post hac philosophia eiusq; alumni, nem
 pe p̄ceptor tuus, num eadē quotidianis
 praelectionibus ad uos dissenserit, iisdemq;
 de rebus nunq; non uerba facere cōsue
 uit, an nō subinde alio tempore alia uos
 bis solet proponere? Esse enim non pa
 rum multa philosophiæ abstrusa myster
 ia iam olim amice nemini obscurum
 est. An non uero tu etiamnum, ut pat
 est, instar Vlyssis apud illū perduras cir
 cumendo & oberrando, si semper sonat
 eadem per eadem, at fortasse fatis est si
 semel quippiam inaudieris. H E R M.
 Et cur non? L V C. Qui nam igitur
 fieri potuit, ut tu primo gustu statim no
 sceres uniuersa? Neq; em̄ semq; eandē cā
 silenā uobis solet occinere, sed subinde
 noua nouis differendo agglomerat. Nō
 o amice, ut uinū quod semper idem est,
 adeo ut nisi totum uas strenue exhauste
 ris, nequicquā inebriatuſ obambulabis.

G ii



Plane enim in fundo mihi uisus est Deus
philosophiaꝝ adyta, abstrusiss  sub ipsam
fecem usq. Itaq; totum dolium postre-
mo exhaustias necesse est, si unqu  consi-
dium tibi fuit nectar  illam potion 
inueniendi, quam aridis faucibus iam
olim audiissime fitire mihi uisus es. Por-
to autem eam persuasionem tibi persuasi-
sti, ut putes tale quippiam esse philo-
phiam, ut si saltem leuiter illam primos-
ribus, quod aiunt, labiis degustaueris,
statim fore, ut omnibus sapientiae nume-
ris euadas absolutissimus. Quemadmo-
dum perhibet de divinatrice illa in Del-
phis, quae simulatq; sacra fluenta degusta-
uerit, actutum afflata numine acceden-
tibus respondet oracula. Atqui non ita
se habet philosophiaꝝ studium. Itaq; te,
quem ultra medium iam dolii ebibisse
cōstat, adhuc incipere perhibebas. Qua-
te uide, ne potius & rectius huic philo-
phia cōparari quæat. Dolium em & cau-
ponem adhuc tibi sinemus, nihil autem
insit uini, sed potius omniū frugum con-
fusum

D E S E C T I S

fusum quoddam seminarium, insūmo
quidem triticum, cui subsint fabæ, qui
bus deinde subiectum sit hordeum, mox
lentes, quito ciceres, postremo alia quæ
piam diuerorum seminū species & gene
ra. Iam si institorem accederes seminū
mercandorū gratia, illeq; à summo tri
tici aliquor grana inspicienda in manū
tibi traderet, posses ne igitur conspectis
granis dicere ciceres esse mundas, & len
tes probe purgatas, fabas autē inanes &
H E R M Nullo modo. L V C . Pro
inde, neq; philosophiam ab uno aliquo
eorum quæ quis dixerit uniuersam per
nosces, cuiusmodi tota sit. Neq; em̄ una
aliqua res est, quale est uinū, cui qdē tu
illam, tamē si ualde inæquali cōparatio
ne contulisti, cōtendens similem esse eto
tamē primo gustui. Quod autē diuersum
quiddā uisum est, curiosa perscrutatiō
non eget. Etenim, si quis uinū acetosum
aut alioqui malū emerit, duorum obus
lorū iacturam facit. Porro autē in media
plebe uersari, sicut & tu dixisti, statim ini

lio, nō mediocre malū est. Alioqui qui totum uas epotare uoluerit, ut uini sesta-
tium coemat, damno cauponē afficiet,
quam inciuiliter & insolenter degustādo.
Nihil autē tale philosophia patitur, uerū
tametsi nimis multa biberis, uas tamen
non iminuitur, neq; ullam iacturam fa-
cit cauponam exercēs. In idem enī loci
fuit exhaustum negotiū laborq; iuxea
proverbīū, & contra fir atq; in Danaidū
dolio, illud enī quicquid infusum fuerit
non continent, sed protinus hac atq; illac
perfluit. Hinc uero etiam si multa abstu-
leris, multo tamen plura relinquuntur.
Caterū aliud quiddam non dissimile de
philosophiæ gustu tibi proponā, tu uero
caue putes, in philosophiæ contumeliā
ista me dicere, si dixero illā similem esse
exitiali & perniciose pharmaco, cuiusmo-
di est cicuta aut aconitum, aut aliud tale
quippiam. Neq; enī illa tametsi sint leta-
lia & mortifera, statim mortē inferunt, si
quis modico quopiā de illis ablato, sum-
mo ungue degustauerit: uerū si nō canū
quantū

D E S E C T I O N E

quantū ad cōscēdām mortē necessārīum est, & qua ratione fieri oportet, & cum quib⁹ sumendum sit certe non mortis. Tu autē contendis ad totius cognitīonem parandā minimū quodq; sufficere.

H E R. Sint sane ista Luciane, quemadmodū ipse uolueris, quorsum igitur censum annos nobis uiuendū autumas, & tantorum negotiorū molem sustinendā, quasi uero alioqui nobis philosophari, nō foret integrū.

L V C. Non pfecto Hermotime, neq; hoc tibi graue & arduum auditu uideatur. Et enim si sub initiu uera dixisti, uitā uidelicet brevē esse, atq; tem uero longā, nunc nescio qui fiat, ut tu grauite succēdere soleas, nisi priusq; soldiūni cursus pēsum absolverit, nobis fabryssippus aut Plato, aut Pythagoras euadas.

H E R. Insidiose imponis mihi Luciane, meq; in angustum cōstriq;gis, nihil unquam malī à me passus, nimirum p̄e inuidia, quod ego quidem in disciplinis nonnullum operæ pretium fecerim, te ipsum uero nihil pendens.

C iii

L V C I A N V S

dare soles neglectui, nullis disciplinis libe-
ralibus animum excolens, tantus atra-
te existens. LVC. Scis igitur quid fa-
ciendum tibi putem & Mihi quidem tam
quam atra bili percito, & insanienti ne aus-
diens esto, neve mentem adhibeas, sed
sine nugari me libere. Tu uero ut quid
jam facis in praesentia, porto, perge via
tuam, atq; ad illa quae initio decreuisti
persequi, alacriter contendere. HERM.
Atq; tu nullam mihi permittis diligens
di copiam, tam uehementer & uiolenter
me urges, nisi omnium experimentum
sumpsero. LVC. Siquidem plane pe-
ticum esse oportet, ut ne quid interim di-
cam aliud. Quod autem me uiolentum
dicis, uidere mihi insontem & inculpabi-
lem iuxta Poetam incusare, nisi dum al-
tesa tibi inuenta fuerit oratio pro te faci-
ens, nunquam quod iam illatum est aut
fertur & uiolentia. Ecce his multo etiam
uehemetiora tibi proponeret oratio, tu
uero illa omissa me fortasse incusare
HERM. Qualia nam & demiro? enim
siquid

D E S E C T I S.

quisid etiādum abstrūsum illi reliquā sit
L V C. Parum esse ait, neq; sufficere,
oia perspexisse, illaq; obiter perlustraſſe,
ut possis iam optimū eligere, uerū ad
hac opus esse re quapiā maxia. H E R.
Qua tandem L V C. Critico quo-
piam o admirande, excusq; iudicio,
menteq; acuta & solerti, intelligentia in-
super summa & acri, qualem esse summo
pere necessariū est de rebus tantis iudicā-
re. Aut semel ne quicquā uniuersa uisa
sunt, quin etiam permultū rēporis huic-
rei tribuendū esse confirmat, quod om̄i
bus exacte & diligenter excutiendis & in-
dagandis sufficiat, om̄ibusq; in mediū
propositis, eligere oportere cunctantēm
& tardantēm: nullo modo autē differen-
tis annos spectandos esse, neq; habitum
suspiciendū, neq; opinionē sapientiae re-
uereri oportere, sed in morem Arēopa-
gitarū cuncta esse facienda, quibus mos
est noctu & in tenebris cognoscēdis cau-
sis dare operam, ut non in dicentes, sed
in ea quæ dicunt defigāt oculos. Ad hūc.

G v

quidē modū tibi eligenti p̄mptum erit
 philosophari. H E R M. Iuxta uitæ
 actionē tu dicis, ex his enim quæ dixisti,
 nullius hominis uita satis longa esse pa-
 test, uox omnia percurrat, & unūquodq; nō
 oscitanter perspiciat, p̄spectaq; indicet,
 iamq; indicata eligat, delectuq; habito
 philosophet. Hac enim sola ratione, uer-
 um inuenire posse contendis, alioq; si
 nequaq;. L V C. Vereor ad te dice-
 re o Hermotime, ne hoc qdem satis es-
 se, uerum adhuc mihi uiderunt nosmet
 ipsos fallere, existimātes aliqd certi & fir-
 mi nobis inuentū esse, cum tamē nihil
 inuenierimus. Quemadmodū hoc ipsum
 nō raro uisuuenire solet piscatoribus, q;
 cum in capturā retia eiecerint, & aliqd
 graue & ponderosum senserint, attrahen-
 tent rete, sperātes pisciū copiosam mel-
 litudinē cōclusam esse. Deinde, postq; at-
 trahendo nimiū delassari fuerint, aut in-
 gens lapis, aut uas aliqd arena refertū,
 p̄ter spem illis apparet. Proinde etiā atq;
 etiam tibi cōsiderandū est, ne & nos ta-

D E S E C T I S.

Ie quippiā substraxerimus. HERM.
Non intelligo quid sibi ista uelint retia,
plane tamē iisdem me irretitū inuoluim.

LVC. Proinde ego te rursum extrica
re conabor. Neq; em̄ mihi dubiū est pe-
ritia natādi te pcellere, si quis etiā alius.
Etenā ego, et si ad uniuersos uenerim⁹ ex-
perimenti sumendi gratia, & illud aliquā
fecerimus, nondū tamē planū & certū
esse existimo, penes quem illorū, illud
quod quærimus, delitescat. Possibile em̄
est, ut eius omnes in totum ignari sint.

HER. Quid ais? an opinaris penes
nullum illorū esse? LVC. Incertū
est, nunqd non videtur tibi fieri posse, ut
mentiant̄ om̄es, ipsaq; ueritas alia que
piam res sit, quæ penes nullum horū in-
ueniri queat? HER. Qui nam fie-
ri posse credas? LVC. Ad hūc modū,
sit em̄ nobis certus aliquis numerus ex cō-
posito cōstitutus, népe uiginti. Iam si q̄s
viginī fabas ī manū sumeret, & ea clau-
sa decē quospīā interrogaret, quonā fa-
bas ī manū sua cōclusas h̄ret. Illi autē

L V C I A N V S

ducti coniectura, hic quidem septē, ille
triginta, alter uero decē aut quindecim,
prorsusq; alios alium numerum diuina-
tet. Possibile ēm est aliquem forte fortu-
na uerum dicere, an non uerisimile tibi
uidetur? H E R M. Sane. L V C.
Ergo ne hoc quidē factu impossibile cre-
dendum est, ut om̄es ex æquo alius aliū
nūmerū dicat, falsoū tamen, & à quo
longe lateq; absit certus ille numerus,
ad eo ut nullus ex illis dicat uirū in ma-
nu sua habere viginti fabas. Quid autē
tu ad ista respondes? H E R . Fieri
posse. L V C. Non alia ratiōe quot
quot philosophantur fœlicitatem qua-
tere insīstunt, cuiusmodi nam tandem
res sit, planeq; alius aliud quiddam esse
sognando confirmat. Hic quidē uolu-
ptatem, ille honestum, alius alia qua-
piam de illa cōmisiſcī. Consentaneum
autem est, unam quiddam ex illis esse
fœlicitatem. Contra, uerisimile est p̄z-
ter hæc om̄ia aliud quiddā esse. Ac nos
plane videmur conuerso rerum ordine
secus

D E S E C T I S.

secus q̄ oportet ante iuuentū principiis,
ad finem festinare. Oportebat autem pri
us, ut mea fert opinio, manifestū esse, ne
ritatem esse cognitam, esseq; ex philoso
phantū numero aliquem, qui eandem
certo cognorit. Deinde primū quærere,
cui potissimū fides adhibēda sit. H E R.
Ergo eo ista dicis Luciane, quod & si or
mūnem philosophiā excusserimus, nūq;
tamen facultatem nobis parabimus ut
ritatem inueniendi. L V C. Quid
me interrogas o bone, quin potius istū
sermonē exquiritis, & fortasse responder
bit tibi nunq; hoc fore, quoad incertū
fuerit, num unum quiddā illorū sit, de
quibus illi uerba faciunt. H E R. Pro
inde, nunq; utru contrēdis, philosophiæ
dabimus operam, sed necessariū omni
no esse uideo ea abdicata, priuatā quan
dam uitā cū uulgo nos agere. L V C.
Illud quidē accidit, quod dicis philosophiæ
pari p̄mptum non esse, estq; ei qui qui
dem homo sit ineuitabile. Iubes em̄, us
is qui philosophiæ operam datus sit,

statim initio optimā quanq; deligit. Ipi
us autem delectus habendi, ratio in hoc
solo accurate tibi uidetur consistere, si
tota philosophia perlustrata, elegerim⁹
querissimā. Deinde numerum quoq; an
notum computando, quantus uticuiq;
pſcrutandæ satis eſt, longe lateq; excidi-
ſti omni ſpe fruſtratus, iplum negotiū
producens atq; reiiciens in aliud ſeculū,
ita ut ipa ueritas yniuſcuiuſq; uitæ ultra
prætitutū tempus uix dephendi queas.
Poſtremo, ne hoc quidem ut ambiguum
unquā perpendisti, cum incertum eſſe di-
cas, num & philoſophis iam olim inuēta
ſit ueritas, necne. Cæterum tu Hermo-
time, poſſes ne iureiurando interpoſito
confirmare, ab illis inuentam eſſe & ego
quidem nequaquā iurare uelim. Non
ſillibenter uero & alia multa tacens præ-
tergredior, quæ & ipsa indagatiōe nō in-
diligēti diſcutiēda forēt. H E R . Qua-
lia nam ſunt illa & L V C . Nonne
audis Stoicos aut Epicureos, aut Plato-
nicos dicētes, eſſe partim quidem, qui
tene-

D E S C R I P T I O N

tercent omnium rerum rationes , partim
vero illarum prouersus esse rudes & impe-
ritos , ex quibus permulti sunt fide longe
spectatissima . H E R M . Vera
sunt haec . L V C . Proinde , discerne
re peritos ab imperitis , semet tamen pe-
ritos perhibentibus , nonne restibi vide-
tur plena laboris & negotii ? H E R .
Ita profecto . L V C . Oportebit ita
que te , si uolueris Stoicorum optimum
cognoscere , tametsi non ad omnes , ad
plurimos tamen illorum accedere , eo-
tundemq; periculum facere , melioreq;
præceptorē præstituere , qui prius mul-
tis sit exercitatus , quiq; censoria quadā
eligendorum præceptorū facultate am-
num tuū imbuat , ne uidelicet tibi im-
ponat , deterior per electionem cæteris
præpositus . Atqui hoc tibi quoq; con-
siderandum venit , quantum hoc requi-
rat temporis ; quod ego de industria
prætermisi , ueritus , ne tu meis uerbis co-
motus stomachare . Et sane quod ma-
ximum iuxta ac summopere necessariū

est in talibus puta rebus hisce dubiis & ambiguis, unum illud esse opinor. Insuper sola fides & spes non fallax & inconsans tibi relicta est ueritatis eiusq; inven-
tionis consequendæ, alioqui nihil aliud
quæm ut discernere queas, & sciungere
a ueris quæ falsa sunt, utq; possis in mo-
rem argentariorum discernere ea quæ
proba sunt, & non adulterina & fucatis et
factitiis. Hanc inquam facultatem &
artem consequutus, conferre te potes ad
supra dictorum perpensionem. Si mi-
nus, plane tibi persuasum esto, nihil ob-
staculo esse, quo minus nō ab uno quoq;
nare (quod aiunt) traharis, aut prælatū
& florescentem oliuæ ramum te sequi,
perinde ut oues. Magis autem aquæ cuius
in mensa usus est, assimulabere, in quā
cūq; enim partem te quispiam traxerit,
summo digito duceris. Aut per louem
arūdini cuipiā fluuiali iuxta litt⁹ enatæ,
ad quencunq; flatum semet flectenti, &
si tenuis & permodica quæpiam aura fla-
ueris, illam illico cōmoueri solet. Non
secus

D E S E C T I P S

Secus tecū quoq; agetur pceptore quopla
jumento, qui de demonstrationibus & re
bus dubiis discernendis alicui⁹ artis gna
rus te docuerit, cessabis haud dubie te
met ipsum onerare negotiis. Siquidem
actutum quod optimum est tibi compa
rebit, ipsaq; ueritas arte illa cōpendiatia
& demonstratiua eruetur, neq; nō men
datum deprehēsum redarguetur. Tuq;
iam certo & constanti iuditio delectu ha
bito philosophiae perdiscendae nauabis
operam, atq; ter exoptatam fœlicitatem
consecutus, conuersationem cum illa so
ciabis iucundissimam, universis bonis in
totū semel fruens & abundans. H E R.
Euge o. Luciane, quāto iā præstantiora
& spem nō mediocré ostendentia quāta
dudum dixisti. Estq; nobis omnino ut
par esse uidetur, eiusmodi uir quispiam
studiose cōquirendus, cuius opera eātū
rerum cognitionem & iuditium nobis
paremus, & quod maximum est, infalli
bilem demonstrationem. Hoc pācto cō
fido fore, cetera deinceps comprehensi

H

L V C I A N U S .

Facilia , nec nimium operosa aut labo-
riosa futura , quæc non multum sint re-
quisitura exercitii . Atq; ego quidem
. magnas tibi iam habeo gratias , propte
rea quod nobis tandem compendiariam
quandam , & optimam viam inueniris .
L V C . Atqui iure optimo nullæ mihi
ab te habendæ sunt gratiæ , neq; enim
quicquam meo labore inuétum tibi de-
monstraui , quo spem tibi firmiore aut
eite uiciniorem fecissem , sed multo ma-
gis ab omni spe remoti excidimus , quā
ante fueramus . Ac prorsus iuxta uulgo
iactatum prouerbium nobiscum agitur ,
Cum multum laborauerimus , in eodem
loco sumus . H E R M . Quorūsum
istuc Luciane cū uidere quiddam supra
modum triste & admirandum dicete .
L V C . Quoniam o amice , tametsi iti
uentus nobis fuerit is , qui pollicetur se
quandā scire demonstrationem certā &
infallibilem , seq; docturum alium , non
statim propterea , ut opinor , illi fidem ha-
bebitus , sed aliū aliquem quærere co-
nabimur .

B E S E C T I S

habimur, q̄ iudicio exacte habitō discet
nere ualeat, nū vir ille uera pollieatur.
Iam ubi etiam illū ex sententia nacti eri-
mus, nihilosec⁹ tamē etiamdum incerti-
terimes, num ille quē ad cognoscendum
asciuimus probe cognoscere possit recte
iudicantē, nec ne. Et sic iterum deinceps
ad priorem alio ad cognoscendū apposi-
to nobis opus erit. Nos enī, unde nam
tāta prædicti intelligentia sciremus discer-
nere eū qui optimorum iudiciū habere
possit &c. Vides ne quoq; protendatur, &
quā imensum fiat, anxio & suspenso ani-
mo esse eū qui comprehendere nequeat.
Quandoquidē ipsas quoq; demonstratio-
nes, qualescunq; tandem inueneris, dubias
& incertas esse cōperies, nihil habentes in-
se firmitudinis. Plurimæ igitur ex ipsis
per alias nō minus dubias ad p̄suadendū
nos certæ esse per uim adigentur. Aliæ
autem rebus omniū confessio manifestis,
obscurissima coniungentes, & ne tantilis
lum quidē cum illis participantia, illorū
camen demonstrationes esse ghibentur.

Veluti si quis contenderet, ita demonstrari posse Deos esse, quod in illorum cultū & honorem aræ passim constructæ cernerentur. Proinde o Hermotime, nescio quo nam modo, quemadmodum iii qui in circulo currunt, ad ipsius initii carcères & omnium rerum desperationē deuenimus. H E R M. Quām insigni me afficis iniuria Luciane, cum pro thesauro non nisi carbones māhi exhibeas. Et quemadmodum uerisimile esse uidetur, tot anni quos studiis philosophiæ impendi, mihi plane sine fructu periere, in super etiam labor ille & sudor immodec⁹ ne quicq⁹ exhaustus est. L V C. Sedem o Hermotime, multo minus animo perturbato discruciaaberis, si cogitaueris te non solū rerum speratarum desiderio fali & frustrari, uerū omnes, ut habet proverbium, de asini umbra digladiantur philosophi. Aut, potest ne quispiam per hæc omnia quæ dixi uagari & discurrere, quod quidē nullo modo fieri posse iam ante ipse confessus es. Nunc autem non absimile

D E S E C T I S.

absimile quiddam mihi uidere facere,
quam si quis perfundedo lachrymas for-
tunam culparet, quod illi in cœlum nō
liceret descendere. Aut, quod non per-
inde ut monstra natantia mare ingresso
& Sicilia natando apud Cyprum emer-
geret. Aut, quod non in sublime sublas-
tus remigio alarum uno die e Græcia ad
Indos usq; extremos peruolaret. Causa
autem eius tristitiae ea est, quod sperau-
rit, ut opinor, aut uisum aliquando som-
nium eiusmodi, aut rem & se ipso ita si-
bi confictam, cum parum sub initium
expenderit, num ea in optatis habuerit
quæ consequi poterat, neq; essent præter
hominis naturam. Præcipue uero te o-
mice, multa & admiranda uersantem
in somniis cum pupugisset ratio e som-
no te exilie fecit. Deinde in illam cō-
motus, excanduisti, uix dum aperiens
oculos, somnumq; non facile discutiens
præ uoluptate eoru quæ uidisti. Patiun-
tur idem tecum perapse, qui inanē quā-
dam uoluptatem & euaniadam sibi con-

singunt, cum interea sibi uidentur am-
plius esse nūmati, effodiētes thesauros,
regnantes & dominantes, breuiter, quan-
tum ad omnia alia attinet felicem ui-
tam agentes. Qualia perquām multa
Dea illa sine negotio operatur, nempe
uotum existens liberale & magnificum,
nulli rei quamlibet absurdæ contradic-
cens, adeo ut si quis alatus fieri concupis-
cat, aut Collossea mole esse conspicuus,
aut optee montes prorsus aureos inueni-
re. Quod si igitur hæc ab illis in animo
uersantibus puer accedens postularet ali-
quid rerum necessariarum, uidelicet un-
de panis esset coemendus, aut quid nam
responsi dandum sit, pro locatis ædibus
pensionem flagitanti, qui multo iam
tempore expectasset, adeo inflamman-
tur iracundia, ac si ab interrogante &
odiose inturbatae omnibus illis bonis
uel cum puluisculo sint exuti atq; dispo-
liati, ac propemodum pueri interpellan-
tis nasum solent mordicus abripere. Ve-
nientiam tu o amice, ne ad hunc mo-
dum

DE SECTIS

dum uelis quoque erga me animatus
esse, si te thesauros effodientem & uolan-
tem, cogitationesque quaspiam naturæ
nostræ non consentaneas animo conci-
pientem, eaq; sperantem quæ nullo mo-
do te cōsequi posse video, amicus tibi ex-
istens, non patiar aut permittam per om-
nem uitam ne quicquam somnio iucun-
do fortasse illo & dulci, somnio tamen
congredientem oblectari, cum nichemé-
ter cupiam te regressum ad sanitatē age-
re quiddam, quod magis ex usu tuo es-
set: Cumque te emittere cogitem, ut re-
liquum ætatis quod supereft ad com-
munes cum aliis uitæ actiones sapienti-
us institutum componeres. Nam quod
haec tenus fecisti, et nūc facis, atque etiā
tecum uersaris in animo, nullo discri-
mine à fabulosa Hippocentaurorum et
Chimerarum Gorgonumq; narratione
discerni potest. Præterea quæcūq; alia-
cum à somnijs offeruntur, tū à poetis et
pictoribus confingunt, quæ neq; fuerint

L V C I A N V S

unquam, neque post unquam fieri possunt, quibus tamen promiscua vulgi multitudo credit, & non mediocri uoluptate ista uidentendo aut audiendo adficitur, quia peregrina sunt & auditu admiranda, nec passim obvia. Et tu, fabulator quopiam audito confirmante mulierem quandam esse supra modum formosam, quippe quae ipsas Gratias pulchritudine superat, quaeque plane coelesti quadam forma praedita sit, non prius apud animum tuum expendens num uera diceret, & num uspiam gentium esse putanda sit, eiusmodi tam amabilis formae mulier, statim eandem misere deperires, quemadmodum perhisibent Medeam ex solo sonnio exarsisse in amorem Iasonis. Hoc autem quod maxime ad amorem te illexit, aliosque quotquot eius simulachri desyderio inflammati sunt, illud erat, ueluti mibi cotile & turam facientes appareret, quod is qui de muliere memorabat, posteaque statim initio narrationis creditus est uera dixisse, priori orationi non aliena aut dissimilia.

DEI S E C T I S

similia induxisse uideretur. In hoc enim
 solam attenti estis, & per hoc nare uos
 trahit, posteaquā semel illi sub initium
 ansam suppeditastis, uosq; ad dilectam
 perduxit, per eam quam prædicebat res
 etiam uiam. Nulla enim difficultate cō
 ficiuntur & reliqua, ut ego quidem opī
 nor, neq; quisquā ex uobis iuxta ingress
 sum cōuersus exquireret num uerus sit;
 & an obliuione seu errore ductus, eam uī
 am ingressus esset, quam deuitare opos
 tebat. Verum ille eorū qui præcesserunt
 sequendo insistit uestigiis, ueluti oues
 præcedētem pastorem aut arietem con
 sequuntur, cum æquum fuerat statim in
 ingressu perpendere, nunquid in eam uī
 am diuertendum fuerat. Illud autem
 quod dicturus sum, manifestius fortasse
 & facilius intelliges, si tale quiddam nō
 absimile priori perspexeris. Quod si enī
 quispiā ex poetis illis Hercules audacia
 nihil non affirmare audentibus diceret,
 olim fuisse tricipitem quendam et senis
 manibus instructum hominem. Iam si

H v

statim initio ista non grauatim credenda susceperis, neq; habita ratione discusseris, num fidei consentanea dixerit, sed nihil cunctatus, constanter credis ita se habere, pari ratione & reliqua inferet, videlicet, quod etiam senos habuerit oculos, neq; non senas auriculas, praeterea quod tres uoces semel pariter emisserit, quodq; per tria ora cibum sumpserit, quod triginta digitos habuerit, nō quemadmodū quisq; nostrum decem in utrisq; manibus. Tum quoties illi bellis gerandum erat, tres manus tenebant unaquæq; aut peltam, aut parvam per sicam, aut clypeum. Tres autem aliae, illa quidem securim ancipitem ferebat, akera hastam vibrabat, tertia gladio vrens depugnabat. Et quisnam hæc illi affirmanti fidem habere dignabitur? Valde enim hæc omnia principio sunt similia & consentanea, de quo statim sub initium considerandū fuerat, num ista omnia citra contradictionem sufficienda & concedenda erant, ita se constanter

D E S E C T I S.

Ranter & pro certo habere. Porro autem si semel illa cōcesseris , etiam cātera cō sequuntur. Nec iam facile est illis fidem denegare , posteaquam ista à principio prius concessio' , non discrepat , sed plane cum illo conueniunt , cuiusmodi & uos patimini. Siquidem p̄ magnitudine amoris & alacritatis , non expendet es ea quæ circa quenque ingressum uobis obiiciuntur , quo pacto cuncta se habent , subinde porro progredimini , rerum consequentiaz ductu protracti , parsum , aut nunquā in deliberationem suientes , num quod priori uidetur consentaneum etiam falsum esse possit. Veri luti , si quis diceret , bis quinq; septem esse , & tu illi fide habita , persuasus , apud te non numerares : haud dubie consimili quoq; ratione inferet , ter quoq; esse quatuordecim , quod quidem faciet , quo usq; libuerit , aut sibi uisum fuerit . Qualia permulta admiranda illa geometria factitare consuevit. Etenim illa

L V C I A N V S

ab his qui primum eam artem exordis
untur, cum postulata quæpiam exoti-
ca & absurdæ efflagitetur, eaque ipsa si-
bi concedi contendat, nullo modo subs-
sistere queuntia, signa nonnulla indiuisic-
abilia, literulasq; quæpiam informes, ali-
aq; eius generis cōsimilia eiusmodi fun-
damentis putridis substruit, volens ad
demonstrationem faciendā uera addu-
cere, tametsi à falsis facto initio, artem
exordiatur. Non secus uos quoq; unam
quang; sectam exorsi, cæteris quibusq;
deinceps sequentibus fidem habetis, ve-
ritatis certam cognitiouē illorum conse-
quentiam, licet falsam, esse existimans.
Interea partim quidem uestrum spe-
bus, ne quicquam amplis & magnificis
animo conceptis, immoriunt ante ali-
quanto, q; ueritatē conspexerint, eosq;
& quibus illis turpiter impositum est, di-
dicerint. Partim uero tametsi sagaciter
subodorati fuerint se miseris modis de-
ceptos esse, sero tamen cum iam pene se-
no sint confecti, piget illos ab incepto
regre

regredi , uerentes ne tanti cum sint , con-
 sideri cogantur , se puerilibus negotiis ha-
 stenus fuisse occupatos . Proinde , pudo-
 re obstante in studiis semel coepitis perse-
 uerant , ea imodice collaudantes & con-
 mendantes . Et quoscunq; persuadere pos-
 sunt , ad ea pertrahut , ut non ipsi soli de-
 cepti uiuant , sed consolationem habeat
 ex his , q; eadē fraude illecti , cōmunitibus
 cum illis malis conflictantur . Etenī & il-
 lud acute p̄spexerunt , quod si Veritatē
 semel ingenue fateretur fore , ut nō am-
 plius uenerandi haberent , quēadmodū
 in p̄sentia , neq; supra plebeiam sortem
 in ullo p̄cio esse æstimaren̄ . Sed ne tan-
 tillum qdem , ut prius , ullo honore ha-
 bito , honeste cōsalutarent . Quare haud
 quaq; libenter ista fatendo cōmemorat ,
 cum non sint nescii , & quibus rebus illis
 excidendū foret , & æquali cum aliis oī
 bus honore & sorte fruendū . Vix em̄ fies-
 ri potest , ut in perq; paucos illorum inci-
 das , qui magnitudine animi prædicti , se
 deceptos esse , cōfirmare audeat , aliosq;

L V C I A N U S

ab iniuſpicio instituto auertere atq;
dehortari ſimilia tetare quæ statuiffent.
Quod ſi in eiusmodi uirū unquā incideſ-
ſis, illum ſane Veritatis amantem & ui-
rum bonum, & iustum, atq; etiam ſi uis
Philosophum compellato. Hunc enim
ſolum huius nominis cōpellatione dig-
num exiſtimauerim. Cæteri uero aut n̄
hil de uero compertum habent, utcunq;
fibi eius gnari & periti eſſe uideātur, aut
ſi aliquid explorati habuerint, illud ta-
men p̄p̄e paruitate animi & pudore, &
desyderio quo p̄p̄e aliis in p̄eclarâ ho-
minum opinione & p̄æciis haberi con-
cupiscunt, occultant ſedulo. Et ſane per
Mineruam quæcunq; hactenus à me diſ-
putata ſunt, miſſa faciamus hoc ipſo lo-
co abiecta, & ſit ſempiterna quædā om-
nium illorum obliuio, qualem fuiffe per-
hibent earum rerum quæ ſub Euclide
duce Athenis peractæ ſunt. Cæterum
ponamus philosophiam Stoicam p̄at
omnibus aliis uerām & rectam eſſe, di-
ſpiciamusq; num illam ullo modo que-
ant

DE S E C T I S

ant cōsequi, aut num hi frustra lassitudi
ne afficietur male locata opa, quotquas
eius cōsequēdæ desyderio capti sunt. Ete
nim pmissiones magnificas, & illas qui
dem admiradas audio, uidelicet per oia
fōlices & beatos fore, quicunq; ad sum
mum philosophiæ fastigiū unq; cōscēde
rit. Solos em̄ illos oibus bonis haud du
bie semel porituros prohibent. Sedem̄ qd̄
deinceps dicturus sum, tu me longe exa
ctius scire potes, num unq; cum eiusmō
Stoico tibi cōmertiū fuerit, atq; inter
Stoicos sūmo illo, nimirū qué nullū af
fectas animi, ulla tristitiæ nebula ptur
baret, qué nullæ uoluptatū illecebrae cō
mouerēt, qui non inflāmatus iracundia
aliqñ in furorem erūperet, qui inuidiæ
cōtagio nō esset infectus, qui diuinitarū
amore & desyderio nō tangereſ, sed illas
p nihil duceret, breuit̄ q per oia fōelix
esset, quā regulā & amissim certissimā
esse optet, uitæ plane virtuosæ. Etenū in
quo vñ minimū qddā desyderat̄ ille etiā
dū imperfectus habēdus est, tāctis cæteris.

L V C I A N V S.

omnibus abundet, hoc tameti cum consecutus nō sit, nondum exoptatae & tan copere quæsitæ fortitatis particeps dicendus est. H E R. Nullum quidem calum unquam me uidisse, mibi sum conscius. L V C. Euge Hermotime, quam doquidem lubens mendacium non dixi sis. Ad quem ergo finem intentus, philosophiæ perdiscendæ impendis operam, cum neque preceptorem tuum, neque illius, neque ullum aliū ex prioribus, neque si ad decem retro secula descenderis, quenque Stoicorū perfecte sapientem uideas, & per hoc quoque fuisse fœlicē. Neque eminimicus ut opinor, hoc à te recte dicets, sufficere, si quod saltē fœlicitati proximus fuerit, posteaque nihil inde fructus & utilitatis capi possit. Nihilosecus eminimicus extra viam sub dio uer fatur is, qui iuxta ostium foris stat exclusus, quod qui eminus adhuc labore itineris cōficitur. Nisi, quod uerisimile est, illum non mediocri perturbatiōe discruciat, uidentem in propinquuo ea quibus priuatus est. Deinde, ut quod proxime etiam fœlicita

E D E S E C T I S

Hicitatem accedas (illud enim tibi concedam) tanta laborando perfers, temetipsum miseris modis absument & conficiens, atq; ita tantum ætatis per socordiū & sup̄mam negligentia tibi clapsum est, immenso labore & uigiliis multis attenuato, & obstipo capite in terram defixo. Quinetiam de integro, ut ais, alios uigin ti annos ad minimum laboribus temete ipsum exercebis, ut euadas octogenaris us. Quis autem obstricta fide sponsor tibi factus est, te certo tot annos uicturū & Nihilominus tamē eorū in numero has beberis, qui fœlicitatis nondū sunt compotes, nisi tu solus putas illud te cōstanter consecuturum, & infectando capturum quod ante te non parum multi & boni, multoq; uelocitate præstatores oībus uīribus consequentes comprehendere nō potuerunt. Sed esto, si uidetur te comprehendere, iamq; uotis tuis optata omīno cōsigisse, tamē oīm primum bonū illud cuiusmodi nam sit, non possum p̄spicere, nū tantis laboribus pro illo consequēdo.

impensis et exhaustis dignū et cōuenienter
testimari debeat. Deinde, nō video quā
illo per reliquā ētatē iucunde & duci-
ter frui possis, tantus natu cum sis, quip-
pe iam incuruatus senio, et ad omnē uo-
luptatem capiēdam parum aptus, et ac-
cōmodus, iam capulo uicinus, et alterū
pedem (quod aiunt) loculo insertū ha-
bens. Nisi fortasse o generose Hermoti
me, ad alia uitam variis laborib⁹ temet
ipsū exerceas, ut in illā iam delatus uis
uas mollius et suauius, certior iā factus,
quēadmodū uita in posterū instituenda
sit. Quod mihi p̄inde uidetur factū, atq;
si q̄s deābulatiſcula & exercitiis q̄buspiā
se præpararet atq; iſtrueret, quo maiore
cū uoluptate coenaret, donec nesci⁹ præ
fame necaretur. Cæterū, ne hoc quidem
unq; mihi animaduertisse uidere, ut op̄i
nor, solidam uirtutē in actione cōſistere,
uidelicet in recte et sapienter factis, et illis
quæ fūt magno animo. Vos aut̄ summi
nempe Philosophi, quos p̄ uos quoties di-
xero innuere soleo, posteaq; in his inue-
ſtigandis

ligandis & faciendis parum estis occu-
 pati, uoculas quaspiā miseris conjectan-
 tes meditamini, connectentes syllogis-
 mos & perplexitates, atq; in his malo-
 rem uitæ partem sine fructu conteritis.
 Ac quicunq; in conjectendis promptior
 fuerit & dexterior, huic uictoriae palma
 unanimi consensu defertis. Quo nomi-
 ne, ut ego quidem opinor, etiam præ-
 ceptor tuus tantopere uobis est in admis-
 ratione & existimatione multa, uir quis-
 dem ætatis decrepitæ, quia suos a seculis
 una secum sermonem sociantes, perplex-
 is & captiosis quæstiunculis probe calle-
 at inuoluere, tenens quid quærendum;
 & quo quisq; pacto Sophisticis nugis fit
 circumducendus, optimus nimurum do-
 nose & callide agendi, incq; nō evitabiles
 laqueos cōiiciēdi magister exercitatissi-
 mus. Hoc plane nihil aliud esse confir-
 mare ausim, quām neglecto fructu cir-
 ca corticem occupatos esse uos, adeo ut
 tantum foliæ in disputationibus uestris
 uicissim decurere uide amini.

LVCIANVS

Aut fortasse alia quæpiam sunt Hermo
nime, quæ uos à summo mane ad uesper
am usq; facere credendum est? HER.
Non profecto, sed ea ipsa sunt quæ facti
tare solemus. LVC. An non igitur
secte quis dixerit, uos relicto corpore fos
sam umbram uenari, aut neglecto uiui
serpentis tractu, salté exuuii consecutaris?
Aut potius huic persimiles esse in agen
do, qui infusam in mortarium aquā fer
reo pistillo magno conatu tūderet, rem
quæpiam summopere conducibilem
se facere existimans, ignarus tamē quod
etiam si humeros, ut aiunt, uerberando
decutiat, tamen aquam quālibet contus
sam manere aquam. Permitte uero, ut
ego te deinceps libere interrogem, dic
mihi, num in uotis habeas excepta erudi
tione in ceteris omnibus per omnia præ
ceptoris tuo esse similis, nempe ut ita sis
ad iracundiam propensus, ita morosus,
ita sordidus, ita contentiosus, deniq; in
tantu uoluptatibus deditus, tametsi per
Iouem ita paucis esse uideatur. HER.

Quib⁹

Quibus tandem s. LVC. Si placuerit
 Hermotime, ea tibi cōmemorabo, quæ
 uirum quempiam multa canitie infectū
 super philosophia differētem audīui, ad
 quem permulti iuuenes sapientiæ com-
 parandæ gratia certatim cōmigrant.
 Cum enim à quodam ex discipulis mer-
 cedem exigeret, uehementer incanduit,
 affirmans ultra præscriptum tempus so-
 lutionem debiti sibi prorogari, quod an-
 te decimum sextum diem dissoluendum
 fuerat. Ita enim pactum esse, & ob hoc
 quidē indignabatur. Cum autē forte for-
 tuna astaret, ibidem elūs iuuenis auuncu-
 lus, homo rusticus & nostrarum rerū mi-
 nime peritus, Desine, inquit, uir admirā
 de te magna iniuria affectum esse conte-
 stari, si uoculas à te cōmercantes nescio
 quas mercedē tibi nondū reddiderimus.
 Ea enim quæ nobis fecisti, etiamdum
 ipse integra habes & possides, neq; quicq;
 tibi imminutū est ex disciplinis tuis. In
 ceteris aut quibus sub initium adolescēti-
 tem tibi offerens, eundem desyderabam

L V C I A N V S

ab iniāspicato instituto auertere atq;
dehortari similia tētare quæ statuissent.
Quod si in eiusmodi uirū unquā incides-
tis, illum sane Veritatis amantem & ui-
rum bonum , & iustum,atq; etiam si uis
Philosophum compellato. Hunc enim
solum huius nominis cōpellatione dig-
num existimauerim. Cæteri uero aut nō
hīl de uero compertum habent, utcunq;
sibi eius gnari & periti esse uideātur, aut
si aliquid explorati habuerint, illud ta-
men præ paruitate animi & pudore , &
desyderio quo præ aliis in præclara ho-
minum opinione & præciis haberi con-
cupiscunt, occultant sedulo. Et sane per
Mineruam quæcunq; haec tenus à me dis-
putata sunt, missa faciamus hoc ipso lo-
co abiecta , & sit sempiterna quædā om-
nium illorum obliuio,qualem fuisse per-
hibent earum rerum quæ sub Euclide
duce Athenis peractæ sunt. Cæterum
ponamus philosophiam Stoicam præ
omnibus aliis uerām & rectam esse, di-
spiciamusq; num illam ullo modo que-
ant

DE SEC. T. I. &

sunt cōsequi, aut num hi frustra lassitudi
ne afficietur male locata opa, quotquot
eius cōsequēdæ desyderio capti sunt. Ete
nim pmissiones magnificas, & illas qui
dem admirādas audio, uidelicet per oīa
fōlices & beatos fore, quicunq; ad sum
mum philosophiæ fastigium unq; cōscēde
rit. Solos em̄ illos oībus bonis haud du
bie semel potituros phibent. Sedenū qd̄
deinceps dicturus sum, tu me longe exa
ctius scire potes, num unq; cum eiusmōs
Stoico tibi cōmerciū fuerit, atq; inter
Stoicos sūmo illo, nimirū quē nullū af
fectus animi, ulla tristitiaæ nebula ptur
baret, quē nullæ uoluptatū illecebræ cō
moueret, qui non inflāmatus iracundia
aliqñ in furorem erūperet, qui inuidiæ
cōtagio nō esset infectus, qui diuinitarū
amore & desyderio nō tangereſ, sed illas
p nihil duceret, breuit̄ q per oīa fōelix
esset, quā regulā & amissim certissimā
esse optet, uitæ plane virtuosæ. Etenū in
quo vī minimū q ddā desyderat, ille etiā
dū imperfectus habēdus est, tāctis cāteris.

L V C I A N V S.

brūibus abundet, hoc tamen cum consecutus nō sit, nondam exoptatae & tantopere quæsitæ fœlicitatis particeps descendus est. HER. Nullum quidem calem unq̄ me uidisse, mibi sum conscius. LVC. Euge Hermotime, quandoquidem lubens mendacium non dixisti. Ad quem ergo finem intentus, philosophia perdiscendæ impendis operam, cum neq; p̄ceptorem tuum, neq; illius, neq; ullum aliū ex prioribus, neq; si ad decem retro secula descenderis, quenq; Stoicorū perfecte sapientem uideas, & per hoc quoq; fuisse fœlicē: Neq; em̄ ut opinor, hoc à te recte diceſ, sufficere, si q̄s saltē fœlicitati pxim⁹ fuerit, posteaq; nihil inde fructus & utilitatis capi possit. Nihilosecus em̄ extra uiam sub dio ueratur is, qui iuxta ostium foris stat exclusus, q̄ qui emitus adhuc labore itineris cōficitur. Nisi, quod uerisimile est, illum non mediocri perturbatiōe discruciat, uidentem in propinquō ea quibus prius est. Deinde, ut q̄proxime etiam fœlicita

E D E S E C T I S

Felicitem accedas (illud enim tibi concedam) tanta laborando perfers, temetipsum miseris modis absument & conficiens, atq; ita tantum ætatis per socordia & sup̄mam negligentia tibi elapsum est, immenso labore & uigiliis multis attenuato, & obstipo capite in terram defixo. Quinetiam de integro, ut ait, alios uirginis annos ad minimum laboribus temere ipsum exercebis, ut euadas octogenaris sis. Quis autem obstricta fide sponsor tibi factus est, te certo tot annos uicturū ē Nihilominus tamē eorū in numero habebaris, qui fœlicitatis nondū sunt compotes, nisi tu solus putes illud te cōstanter consecuturum, & infectando capturum quod ante te non parum multi & boni, multoq; uelocitate præstatiōres oībus uiribus consequentes comprehendere nō potuerunt. Sed esto, si uidetur te comprehendisse, iamq; uotis tuis optata omīno cōsigisse, tamē oīm primum bonū illud cuius iusmodi nam sit, non possum spicere, nisi tantis laboribus pro illo consequēdo.

impensis et exhaustis dignū et cōuenientē
 testimari debeat. Deinde, nō video quā
 illo per reliquā aetatē iucunde & dulci-
 ter frui possit, tantus natu cum sis, quip-
 pe iam incuruatus senio, et ad omnē uo-
 luptatem capiēdam parum aptus, et ac-
 cōmodus, iam capulo uicinus, et alterū
 pedem (quod aiunt) loculo insertū ha-
 bens. Nisi fortasse o generose Hermori
 me, ad alia uitam uariis laborib⁹ temet
 ipsum exerceas, ut in illā iam delatus uil-
 uas mollius et suauius, certior iā factus,
 quēadmodū uita in posterū instituenda
 sit. Quod mihi p̄inde uiderur factū, atq;
 si q̄s deabulatiſcula & exercitiis q̄buspiā
 se præpararet atq; iſtrueret, quo maiore
 cū uoluptate coenaret, donec nesci⁹ præ-
 fame necaretur. Cæterū, ne hoc quidem
 unq; mihi animaduertisse uidere, ut op̄i-
 nor, solidam uirtutē in actione cōſistere,
 uidelicet in recte et sapienter factis, et iis
 quæ ſiūt magno animo. Vos aut̄ ſummi
 nempe Philosophi, quos p̄uesquies di-
 xero innuere ſoleo, poſteaq; in his inuē-
 ftigandis

rigandis & faciendis parum estis occupati, uoculas quaspiā miserias consecutantes meditamini, connectentes syllogismos & perplexitates, atq; in his maiorum uitae partem sine fructu conteritis. Ac quicunq; in contendis promptius fuerit & dexterior, huic uictoriae palma unanimi consensu defertis. Quo nomine, ut ego quidem opinor, etiam praeceptor tuus tantopere uobis est in admiratione & existimatione multa, uir quidem ætatis decrepitæ, quia suos a sceciis una secum sermonem facientes, perplexis & captiosis quæstiunculis probe callebat inuoluere, tenens quid querendum, & quo quisq; pacto Sophisticiis nugis fit circumducendus, optimus nimurum doce & callide agendi, inq; nō evitabiles laqueos coiiciédi magister exercitatus mus. Hoc plane nihil aliud esse confitare ausim, quam neglecto fructu circa corticem occupatos esse nos, adeo ut tantum folia in disputationibus uestris uicissim decurere videamini.

L V C I A N V S

Aut fortasse alia quæpiam sunt Hermo-
nime, quæ uos à summo mane ad uespe-
ram usq; facere credendum est? H E R.
Non profecto, sed ea ipsa sunt quæ facti
tare solemus. L V C. An non igitur
secte quis dixerit, uos relicto corpore los-
sam umbram uenari, aut neglecto uiui
serpentis tractu, saltē exuuiū consecutaris?
Aut potius huic persimiles esse in agen-
do, qui infusam in mortarium aquā fer-
reō pistillo magno conatu tūderet, rem
quæpiam summopere conducibilem
se facere existimans, ignarus tamē quod
etiam si humeros, ut aiunt, ueterando
decutiat, tamen aquam quālibet contus-
sam manere aquam. Permitte uero, ut
ego te deinceps libere interrogem, dic
mihi, num in uotis habeas excepta erudi-
tione in ceteris omnibus per omnia præ-
ceptorii tuo esse similis, nempe ut ita sis
ad iracundiam propensus, ita morosus,
ita sordidus, ita contentiosus, deniq; in
tantū uoluptatibus deditus, tametsi per
Iouem ita paucis esse uideatur. H E R.

Quib⁹

D E S E C T I S I

Quibus tandem s. LVC. Si placuerit
Hermotime, ea tibi cōmemorabo, quæ
uirum quempiam multa canitie iofectū
super philosophia differētem audiui, ad
quem permulti iuuenes sapientiæ com-
parandæ gratia certatim cōmigrant.
Cum enim à quodam ex discipulis men-
cedem exigeret, uehementer incanduit,
affirmans ultra præscriptum tempus so-
lutionem debiti sibi prorogari, quod an-
te decimum sextum diem dissoluendum
fuerat. Ita enim pactum esse, & ob hoc
quidē indignabatur. Cum aut forte for-
tuna astaret, ibidem eius iuuenis auuncu-
lus, homo rusticus & nostrarum rerū mi-
nimè peritus, Desine, inquit, nis admittā
de te magna iniuria affectum esse conte-
stari, si uoculas à te cōmercantes nescio
quas mercedē tibi nondū reddiderimus.
Ea enim quæ nobis fecisti, etiamdum
ipse integra habes & possides, neq; quicq;
tibi imminutū est ex disciplinis tuis. Ita
cateris aut quibus sub initium adolescēti
tēm tibi offerens, eundem desyderabam

Inbui, nihilo melior tua opera factus
est. Quippe qui mei uicini Echecratis fi-
lie raptæ per uim uitium intulit, & sane
pornam dedisset damnatus iudicio, nisi
ego à uicino paupere Echecrate talento,
multam redemissem. Porro autem ipsi
matri nuper incussum alapas, quod ipsum
in manifesto furto depræhendisset, sub
sinu cadum efferentem, ut haberet, nisi
fallor, unde cum sodalibus bibens depo-
tieret symbolum. Etenim quantum ad
iracundiam & furorem & impudentiam
& audatiam, & proloquenda mendaciam
aliaq; uitia attinet, superioribus quidem
annis longe melius sese habebat, quam
nunc, cum his ipsis sit omnium contami-
natissimus. Atqui plane mihi persuase-
rat in hisce uitandis & dediscendis, illū
principue & te adiutum & formatum iri,
magis quidem, quam quod illa perdisce-
ret quæ quotidie ille ad nos, quibus illa
audire superuacaneum est in mensa cō-
suevit differere, quemadmodū Crocodi-
lus rapuisset puerum, patriq; pollicitus
erat

D E S E C T I S

esset se redditum, si respondisset nescio quid. Aut, quod cum dies sit, necesse esse noctem non esse. Nonunq; & cornua nobis affingere solet generosus ille, nescio quo pacto sermonem connectens. Nos autem his auditis ridere solemus, maxime uero quando obstruetis aurib⁹ sedula agitatione secum meditatur, habitus & dispositioes quaspiā, præterea Catalepses & imaginaciones, multa deniq; id genus nomina percurrendo. Quin etiam non raro ipsum dicentem audiuiimus, Deum in celo nō esse, sed per omnium certatim penetrare, nimis per ligna, per lapides, per animantia, usq; ad ea quæ sunt omnium despectissima. Cæterum matrem illam interrogatē, cur ad hūc modum delirans ista secum nugaretur, subsannare solet. Sed si eas nugas, iquit, exacte perdidicero, nihil video obstat mihi, quo minus nō solus diues, nō solus rex sim, cæteri uero mibi collati, mācipia & hominū purgamenta existimandi sunt.

I I I I

Hæc cum dixisset vir ille, vide mi Herz
 motime, cuiusmodi responsum illi dede-
 rit philosophus, quam vero maturum &
 senile. Atqui nisi me ille, inquit, acces-
 sisset, nonne putas quod longe peiora fla-
 gitia admisisset, aut per Iouem etiam tra-
 ditus fuisset torquendus carnifici. Nunc
 autem frenum quoddam illi iniecit philoso-
 phia iuxta ac uerecundia, & hoc ipsum
 modestior uobis nostra opera factus est,
 & moribus adhuc tolerabilis. Illud enim
 pudorem illi incutit, quod indignus ha-
 bitu & nomine philosophice appareat.
 Ceterum quæ à nobis abstulit, ea illum
 in disciplina continent, ita ut iustus esse
 videatur, si mercedem à uobis accepero,
 et si illum haud multo meliorem reddis-
 derim, nam in his quæ nondum admi-
 sit, philosophiā reueritus est. Posteaquā
 nutrices quoq; talia de pueris dictitare
 soleant, nempe præceptoris ædes illis adé-
 undas esse. Siquidem nusquam alibi lo-
 corū pueris relicta est copia bonū: quid
 dam perdiscendi, sed neq; mali quippiā
 unquam

D E S E C T I S

enquā in se admittūt, quamdiu sub præceptoru custodia militauerint. Ego quidem oēs officii mei partes in excolendo iuuene mihi implesse videor, iam quicq; cung; tibi placuerit nostrarū rerum nosū imperitus, illo tecum assumpto cras me accedas, & videbis sanc quā m prompte & expedite interroget alios, atq; ad q̄s sita respondeat, tum quantam eruditio[n]ē sibi meā opera pararit, et quos iam his broseuoluerit, de proloquiis ac syllogis mis, de complexionibus et officiis, deq; aliis multis et variis. Ceterū quod matrem pugnis ceciderit, atq; etiam rapeas uirgines uitiarit, quid hæc ad me attinente[n]t? neq; enim me illi pro pædagogo constituiſtis. Hæc quidem homo senex de philosophia differebat. Tu fortasse et ipse Hermotime dices, abunde satis esse, si ob hoc ipsum philosopharemur, nequid eorum quā mala et uitiosa sunt faceremus. An nō uero initio longe am pliori spe inducti philosophandum nobis esse existimabamus, non ob hoc sali-

rem, quod paulo q̄ priuatus quispiam ex
 nulgo honestiores essemus. Cur igitur
 non & ad hoc dignaris dare responsum
 HER. Quid vero aliud tibi responde-
 am, quām quod propemodū etiā mi-
 hi lachrymandū esse intelligo, usq; adeo
 me cōmouit oratio tua nimiū uera. Et
 iam quidem grauiter lugeo me miserū
 tantum temporis frustra insumpſisse, &
 contriuisse, adhac mercedē tam gran-
 dem pro laboribus impendisse. Iam enī
 rānq; ex ebrietate profunda ad sobrieta-
 tem reuersus video, cuiusmodi illa sunt,
 quorum amore capiebar, tum quantas
 scrūtas pro illis consequendis ego ma-
 ser exhauserim. L V C. Fletu quidē
 & lachrymis haud opus est o bone, Ios-
 ge autem præstabilius & prudentius esse
 opinor, quod in fabulis Aesopus cōme-
 morat. Ait enim olim quendam in ma-
 ris littore consedisse, conantem singul-
 las undas pernumerare, cunq; undarū
 mutuo se trudentium multitudine obs-
 zicatur, anīnoq; grauiter angeretur, qd
 cas

D E S B C T I S.

eaſ numero complecti non poſſet , adueſ
biens callida uulpeſ , non iuidoneo con‐
ſilio hominiſ perturbationem ſubleua‐
uit . Quid diſcretiaris , inquit , propter un‐
daſ quae prætergrediſſe ſunt , hinc nume‐
ra re incipias oportet , illas miſſas facito .
Et tu , quandoquidem ita tibi uideatur ,
poſthac magis ex uſu tuo feceris , ſi com‐
munem cum aliis uitam uiuere decreue‐
ris , ac ita quidem cuſ multis in Republ‐
uerſaberis , nihil abſurdum aut fastuo‐
ſum animo concipiens aut ſperans . Nec
eſt quod pudore afficiariſ quod iam pri‐
mum de curſo uitæ ſpatio recte ſapere
incipias , aut mutato conſilio ad melio‐
ra te recipias . Proinde , haec omnia oamni‐
ce , quæcunq; à me diſta ſunt , nolim pu‐
ges me de induſtria præmeditatū et in‐
ſtructum aduersus Stoicoſ , quaſi mihi epi‐
ſillis eſſent ſuceptæ inimicitiæ , dixiſſe ,
ſed cōmunem aduersus oēs orationē eſſe
putato . Neq; alia cōtra te protulifsem ſi
aut Platoniſ aut Aristotelis te ſectatoře
eſſe reſtatuſ eſſes , cæteris in diſta cauſa ;

contēptis & posthabitatis. Nunc autē post
 ea q̄ Stoicos ceteris om̄ibus anteferebas
 aduersus Stoicam omnē disputationem
 quoq; nostram instituimus, nihil alio/
 qui similitatis, aut dissidii aduersus illā
 suscep̄tū habentes. HER. Bene sa-
 ne dicas, iam itaq; abeo, ut ego me to-
 tum una cum uestitu & habitu cōmu-
 tem. Videbis igitur in breui, non ueluti
 nunc me neq; barba tam densa & pfun-
 da horridum, neq; ita afflictam & asper-
 tam uictus rationem, uerum molliors
 omnia, magisq; libero homine digna se-
 quentem: fortasse neq; purpurā induere
 grauabor, ut om̄ibus fiat perspicuum, mi-
 hi priores nugas non amplius curæ esse.
 Atq; utinam etiam ex intimis cordis pe-
 netralibus euomere ea omnia possem;
 quæcunq; ab illis unq; audita deuoraui.
 Et ut pro certo scias, neq; helleborū ebi-
 bere formidabo, ppter hoc īpm contra
 quam Chrysippus consueuit, nequid eo
 rum unquā posthac, quæ dixerunt, mihi
 in mentem ueniat. Cæterum tibi Lucia
 ne

D E S S C T I S.

ne, non mediocrem habeo gratiam, qd
me hactenus iactatum & circulatum à
turbido torréte & aspero, iuxtaq; fluxū,
unā cum undis fluitatē extraxeris, af-
sistens iuxta Tragoedorum proverbiū
Deus ex improviso ostensus. Videor au-
tem mihi nō absurde facturus, si & caput
rasero, quemadmodū facere soliti sunt
hi, q e naufragiis énatāt incolumes, ita
ut salutis meæ festiuitatem hodie conce-
lebrem, posteaquā tantarū nebularū cā-
ligo ab oculis meis discussa est. Porro au-
tem conspectum philosophi posthac, &
si inuitus inter eundum alicui ob-
uiā venero, nō secus deuitabo
extra uiam declinan-
do, quām rabil-
los canes fu-
gere
soleo

F I N I S.

D. HENRI

CHO AB EPENDORPH,

iuxta natalibus ac erus-

ditione pclaro,

Mecoenati

suo oīm longe be-

nignissimo, Chilathus Mansuetus S. D.

Quem Iacobus Bedrotus, meus
 in græcis literis præceptor, ho-
 mo non vulgariter eruditus,
 Ependorpi, modis om̄ibus ornatis: sub-
 inde me hortaref, ut aliqd e græco; qd'
 nondum ab alio tralatū uidissim, nec &
 quoquam audiissim prælectum; uer-
 tere conarer, diceretq; ea demum rōne
 expeditissime, ut si usq; linguaꝝ cognitio
 nem parari. Non minus utiliter, q; amī
 ce adhortanti illi tandem parui, ac Luci
 ani dialogos hosce quatuor, ut cunq; la-
 tinos feci. Quo in opusculo, idem mihi
 (ut uerum fatear) adiutor fuit, qui hor-
 tator, & quas per me iſe intelligere pe-
 nitus

P R A B F A T I O.

situs haud poteram, uoculas nonnullas
idem ille explicuit. Locus enim unus, aut
alter in hisce dialogis occurrebat, qui uel
longa exercitatoribus negotiū in uerté-
do exhibere potuisset, nedū mihi. Quæ
tamen, si minus proprie, propter tamen & no-
bis redditā existimō. Delegissem uero
alios uertēdos materia seueriore, si Lu-
ciani totius copia mihi fieri potuisset.

Quanq̄ ingeniū tuū ab id genus quidē
iocis abhorret. At nos alioqui haud illi-
benter in hiſ nūgis stylū exercentes, à
grauioribus abstinemus, quando ea est
temporū nostrorum indignitas, ut im-
punius hæc tractare liceat, quam argu-
mento magis serio animū atq; adeo ca-
lamū adplicare. Quale quale tñ fuerit,
tuæ id p̄stantiæ nūcupare libuit, uti cū
uideres, qd tuo maxie beneficio in lite-
ris graciis hic pmouissim, tum minuste
pœniteret impensarū, quas iam ppe an-
nū mea causa ἀΦθόνος fecisti, utq; hoc
ceu μημόρων gratitudinis erga te meæ
perpetuum, iam iamq; abiturus, quan-

do hic hærere diutius nō datur , res inque
ré. Generos⁹ iste animus tuus , certo scio
eiusmodi & conatum meū in uertendo ,
& confilium in hoc tibi , quicquid est , di-
cando , haud quaq; improbabit . Qui & si
hanc Cbiliani tui primū periculū facien-
tis tralationem probare , omni ex parte
non poterit : tamēt; qua est humanita-
te locū apud se , uel adagio illi fo-
re non grauabitur συγγνώμη .

Ἐρῶ πεπίρηψα . Bene
vale Ependorpi ,
et me tibi

perpē
tuo habe
cōmendatum :

Argent. XXIII. Caleñ.
Iunias. An. M. D. XXVI.

Luciani



LVCIANISA

MOSATENSIS DIALOGI

Amatorii quatuor, Chiliano
Mansueto interprete.

GLYCERA ET THAIS.



L Y C. Militem il
lū Acarnanū o Thā
is, qui quondā Abro
tanū habebat , poft
ea me adamauit , il
lum cultu splendi
do insignem dico ,
nempe illum chlamyde uestitū , nōst in
an oblita es hominis & THAIS. Nea
tiq. Glycerium , sed hominē probe nouī.
Idemq; ille nobiscū in Cerealib^s potauit
anno superiore . Verū quid hoc rei est &
Nanq; uideris loqui de illo plus æquo so
licita. GL Y. Gorgona ifta una om
nium nequissima , quum esse familiaris ,
ac mei perquæm studiosa uideretur , cal
lide irrepens , atq; illi sese insinuans , & me

K



L V C . D I A L O G I

illum auulſit . THAIS . Itaq; ille nāc
ad te ſane non accedit amplius , & Gor-
gonam ſibi amicam adſciuit GLY .
Maxime o Thais , atq; hæc res mihi do-
let haud mediocriter . THAIS . Eſt
hoc quidem malum , o Glycerium , atta-
men non inopinatum , ut quod fieri ſub
inde à nobis meretricibus ſoleat . Igitur
neq; magnopere angite , nec succenſere
Gorgonæ oportet , quādo ne Abrotanū
quidem , prius queſta de te fuit , quaum
illum alienaſſes ab ipta , qua cum itidē
necessitudo tibi , ac familiaritas inter-
cedebat . Quanquam demiror , quid nā
iſtius , tantopere ſuſpexerit miles ille , niſi
quod omnino cæcus eſt , qui non uide-
rit , ut capillos iſta habeat raroſ quidem ,
& tamen fronti iſidenteis immoſice ,
ut liuida ac emortua labra , ut ceruicem
ſtrigofam , tum ex tanteis prominen-
teſq; in ea uenas , & naſum longitudine
fœdum , utq; illud unum in iſta utcuq;
non deforme ſcilicet uideatur , quod tū
proce

A M A T O R I S

procera est & erecta , tum nimis blandā
subridet . GLY . Putas uero o Tha
is forma captum Acarnanum delegisse
istam , quam amaret & Nescis ueneti
cam esse Chrysarium istius matrem &
Quæ thessalicis quibusdam carminibus
imbura , lunam cœlo deducere , quæ ea
dem noctu uolare dicitur . Nimirum ea
propinato ad bibendū amatorio homis
nem effascinauit , & nunc illum deuinde
miant . THAIS . Tu quoq; Glyce
rium alium tibi quærito quem demetas ,
hunc ualere sinito .

C R O B Y L E E T C O R I N N A

C R O . Non esse adeo graue , ut pu
tabas , Corinna e uirgine fieri mulie
rem , didicisti iam , simulatq; cum for
moso adolescentे rem habuisti , & nunc
primam mercedem reportasti minam ,
ex qua tibi monile mercabor confessim .
C O R . Næ , minulam . Monile uero

K ii

L V C . D I A L O G I

¶ lapillos habeat uelim aliquos, igne
fulgore rutilateis, quale est Philænidis.

C R O . Illud quidem ita erit. Verū tunc
etiam alia audi ex me, quæ facere te oportet,
ut commoda uiris & grata euadas.
Nam aliud quo uitam sustentemus, nō
est filia. Et annos hosce duos, posteaquā
& uita discessit beatus ille parens tuus,
meministin' quam & parce & tenuster
uixerimus. At donec ille superabat, ni
hil nobis nō suppeditabat abunde. Namq;
arti suæ fabrili incubebat sedulo, et ma
gnum erat illius nomen in Pyræo, adeo
ut passim omnes audire liceat nunc af
firmanteis, nimirum post Philinum am
plius fabrum ferrarium aliud fore ne
minem. Post uero illius mortem, pri
mum forcipibus, incude, malleis diuen
ditis minis duabus, ex illo precio uictus
nobis suppeditauit. Deinde, nunc texen
da tela, nunc inducendo subtegmine,
nunc stamine trahendo conuoluendoq;
interim alimenta ægre paraui. Te por
to entriui filia, spem illam expectans.

C O R .

A M A T O R I I

COR. An ne minam dicis? C.R.O.
Non, sed mecum illud reputauit, foras ut,
postea quam adoleuisses tu, atque ad hoc,
etatis peruenisses, quum me uicissim li-
benter aleres, tum ipsam te excoleres fa-
cile ac diuitem redderes, uestibus orna-
res purpureis, ancillis etiam sepires.

COR. Quo pacto id censes mater?
Quid ait? C.R.O. Si cum adolescenti-
bus consuecas, si compotes, si cum il-
lis una etiam cubites mercede. COR.
Ut filia Daphnidis Lyra? C.R.O. Ita
nimirum. COR. Atqui illa mere-
trix est. C.R.O. Nihil hoc malum. Tu
quoque ditaberis ut illa, & multos amato-
res habebis. Quid collachrymas Corin-
nas? Non uides, & quoque sint, & quanto
studio frequententur meretrices, & quan-
tas illæ pecunias accipiunt? Daphnida
equidem noui, Diu boni, prius quam
etate maturuisset, uili panno ac lacero
circum amictam. At nunc certis, qualis
prodeat in publicum. Est aurum, sunt
picturata uestimenta, sunt ancillæ qua-

L V C. D I A L O G I

tuor. C O R. Hæc uero quomodo ac
qui sicut Lyra? C R O. Primum, in
illius institutis hoc erat, ut cultū sibi ip-
sa adhiceret in primis decentem, tum ut
expedita & facilis & alacris esset erga om-
nēs, non ad cachinnum usq; leuiter, uti
quā mihi assoles, uerum suave quiddam
ac blandum artidens. Deinde, ut dexter
hominibus conuersaretur, & neq; uel fal-
laret, uel difficilem se præstaret, si quis
adūisset ipsam, aut accersisset, neq; ui-
ros ipsa apprehenderet importune. Si
quando uero accepta mercede ad cœnā
quoq; abiret, prouidebat, ut neq; temu-
lenta euaderet, nam ridiculum hoc sa-
nē, ac taleis uiri oderunt, neq; citra des-
corum insolenter semet obsonio ingur-
gitaret, uerum summis modo digitulis
scite attingeret. Porro inter edendum ea
cita obseruabat, uti nequaquam ambas
simul buccas imbuens frustillis oppleret
turpiter, sensim uero biberet, non inhibe-
anter, utpote respirans ac cessans in tem-
pore.

A M A T O R I I

pore. C O R . Num etiam mater,
ubi admodum sitiret? C R O . Tunc
potissimum Corinna . Ac neq; loqui
plus quām deceret, solebat, nec laceffere
seommatis aliquem eorum qui unā es-
sent, ab illo uno pendebat, illām intueri
solum perseverabat, qui mercedem ipsi
erat daturus. Etenim ob hoc eam sane
illi impēnsius etiam nunc amant. Cæ-
terum, ubi iam oporteret unā dormire,
nihil petulanter, nihil indiligenter fa-
ciebat, sed omni ex parte illud unum
uenabatur, quo & insinuaret illi sese, &
illum deuinciret sibi, suiq; amantem effi-
ceret. Nam præterea eam plane collau-
dant omnes. Quare, si iam tu quoq; ista
didiceris, nimirum beatæ & nos fueri-
mus, quando facile alioqui eidem supe-
riores sumus. Quanquam, Dii boni,
aliud nihil dico, uixeris modo. C O R .
Itad uero dic mater . Qui merce-
dem soluūt, hi num tales sunt omnes,
(qualis est Eucritus is, quo cuī

K iiii

L V C . D I A L O G I

heri concubui? C R O . Haud omnes ,
Verum aliqui meliores , alii iam ætate ,
utrili , nonnulli forma non perinde gra-
ta . C O R . Etiam ne cum talibus cu-
bare oportebit? C R O . Maxime filia .
Namq; hi tales etiam plura largiuntur .
Pulchri aut illi , hoc solum sufficere arbi-
trantur , pulchri esse uolūt . Sed enim ti-
bi illud curæ esse perpetuo debebit , ut
plus accipias , si uoles breui uniuersos di-
gito te monstrare ac dicere , non Corin-
nam uides , uide illam Crobiles filiam , ut
mirum in modum diues euasit , atq; ter-
beatam matré reddidit? Quid ais? Non
facies hæc? Facies , scio e quidem , ac su-
perabis facile omneis . Cæterū nunc abi-
lauatum , si reueniat uel hodie adolescēs ,
Eucritus , promisit enim .

CHELIDONIVM ET DROSE.

C H E . Num haud amplius ad te cō-
meat o Drose adolescens Clinias?
Neg; enim ex multo iam tempore illum
uidi apud uos . D R O S E . Haud
ampli

A M A T O R I C

Haud amplius o Chelidoniū, et pceptor
illum prohibuit post hac uersari meū.
CHE. Quis uero ille & Num ludima-
gistrum dicis illum Diotimum? At ille
mihi sane amicus est. **D R O.** Non
hunc, sed illum inter philosophos pessi-
mum dico, perditum Aristænetum.

CHE. Tristem illum & hirsutū & illum
pmissa barba teturum? eum qui obam-
bulare cum adolescētibus afolet in por-
ticu Pœciles! **D R O.** Nempe illum
ipsum puto superbū iactatorē, quem
eundem longe flagitiosissimū utinā spe-
ctare aliquādo liceret, barba ipsa & car-
nifice tractum, nec idari.. **CHE.**

Quid uero illi accidit, uti haec persuade-
ret Cliniæ? **D R O.** Me fugit o Che-
lidonium. Nam Clinias quidem, simul
atq; consuetudinē habere cum mulieri-
bus coepit (primū autem consuevit me
cum) nunq; secubuit. Toto dein hoc tri-
duo ne ad angiportū quidē uenit. Quū,
mōrōre conficerer ego, ac nescio qua-
pacto ob id affecta essem, Nebridem mi-

L V C . D I A L O G I

si, quæ circūspiceret, in foro ne uspiami
ille, an in ludo uersaretur. Hæc uero se-
ait deambulantē illum cum Aristæneto
uidisse, innuisse illi & longe, illum con-
tra erubuisse, uultū demisisse, neq; am-
plius aduertisse oculū. Deinde, quā una
ingredederetur in urbem, hæc consequata
ad Dipylum usq; fuit. Vbi pr̄fus se ille nō
conuertit, reuersa hæc est, nihil habens
certi, quod renunciaret. Iam postea ut
existimas degere me, quæ imaginari
haud queam, quomodo actum cum ado-
lescere sis sat nunq; in re illi molesta fui?
dicebam. An ille me perosus, adamauit
aliam? An uero pater illum prohibuit?
Multa eiusmodi mecum uersabam. Sub
ipsum tādem crepusculū uenit **Dromo**,
Epistolium hoc ab illo afferens, quod
acceptum quælo lege Chelidoniū, nā
literas utiq; scis. **CHE.** Age uidea-
mus. Literæ sunt nō admodū dilucidæ,
utpote cofusim exaratæ, festinationem
quandam indicantes eius qui scripsit. Di-
cit uero. Quomodo te amarim o Drose
deos

A M A T O R I I.

D eos immortales facio testes. D R O.
Heu infaustum hoc , quod ne salutē qui-
dem initio adscripsit. C H E. Atque
nunc sane nullo odio tui permotus, uer-
rum necessitate coactus, & te memet ab
stineo. Nam pater philosophiæ discipli-
nis eruditum me tradidit Aristæneto:
Is me (nam de ea quæ inter nos fuerat
cōsuetudine , probe comperta habebat
omnia) sane quia multis increpuit, turpe
esse dictitas, Architelis & Erasiciæ filiū
uersari cum meretrice , uirtutem ante-
ponetdam esse uoluptati , id longe esse,
tum melius , tū conducibilius. D R O.
ut inauspicio huc appulit nugator ille
qui ob talia castiget , & alieno tempore
sic doceat adolescentulū. C H E. Itaque
necessæ mihi est, illi obtenerare. Etenim af-
fectatur me ubique, ac obseruat diligenter,
adeo ut ne aspicere quidam mihi liceat ul-
lum , proterquā ipum. Tum si modeste &
prudenter me gerā , atque sibi per oia obe-
diam , futurū me promittit perquā fū.

L V C. D I A L O G I

licem, ac in uirum fortē evasurum, iam antea eiusmodi laboribus exercitatus. Haec tibi ægre perscripsi, in hoc me ipse suffuratus tantillū temporis. Tu præcor foelix sis, atq; Cliniæ memineris.

D R O. Quid esse censes hanc Epistolam o Chelidoniū? C H E. Quod ad cætera quidē attinet, dictio quædā uideb̄ barbara ac inhumana, ceu ab Scythis profecta, hoc uero Cliniæ memines sis, spem nonnullam habet reliquam,

D R O. Ita mihi quoq; uisum est iþi, præ amore pereo. Nam Dromo pædera sten esse affirmat Aristænetum, & prætextu disciplinarū cum adulescētulo formosissimo quoq; familiariter uiuere, adhoc priuatim atq; secreto cū Clinia subdolos illum̄mones cōmentari, magnificis promissis demulcere adolescentem, ac adeo policeri, Diis similem & se redditū iri. Postremo unā cum eo ueterum philosophorū amatorias quasdā ad discipulos orationes lectitat, breviter totus circa adolescentulū est. Quare

Dromo

A M A T O R I I.

Dromo se minatur ista patri Cliniae in-
dicaturum. CHE. Delicate o Dromo
se nutritū oportuit Dromonē. DRO.
Tractui molliter, & aliquo meus est, atq;
idem prurire iam occipit in Nebridem.
CHE. Bono animo esto, omnia be-
ne habent. Ego uero uidere mihi uideor
in scribere etiam ad patietē posse in Cera-
mico; ubi de ambulādo oblectare se Ar-
chiteles cōsueuit, A R I S T Æ N E T V S
C O R R V M P I T C L I N I A M,
ita ut hoc quoq; criminis ad stipuleat, qd
deferer Dromo. DRO. At quomodo
latere posses, vbi sic scripsissest? CHE.
Sub noctem o Drose, accepto alicunde
carbone. DRO. Euge, decerta mo-
do nobiscum o Chelidoniū aduersus ar-
rogantem impurūq; Aristænetum.

In Ceranico
Locus fuit A-
thenis, ubi
uersabantur
meretrices.

D O R I O S T M Y R T A L E.

DOR. nunc men' excludis o Myr-
tales! Nunc posteaq; tua caussa pau-
per euasi! Donec uero tibi tanta affere-
bam, amas uir, & dominus, omnia ego.

L V C : D I A L O G I

eram. Iam simul atq; & prorsum exucc^t
ego sum factus, & tu Bithynū mercato-
rem, & quo amere, inuenisti, excludor
ego quidem, ac præforibus sto illachry-
mans, at ille totas noctes amore fruitur;
& solus est intus, tecumq; pernoctat, ex
quo deniq; uterū ferre te dicis. M Y R.
Ista me enecant Dorio, maxime quum
dicas, quod multa dederis, quod paup-
mea causa factus sis. Igitur cōputa iam
inde ab initio omnia quæcūq; in me cō-
tulisti. D O R. Eia Myrtale, sic fiat.
Supputemus rationem. Primū, e Sicyo
one calciamēta drachmis duabus. Pone
drachmas duas. M Y R. Atqui una
dormiuiisti noctes itidem duas. D O R.
Et quum e Syria redii, alabastrum uns-
guenti & Phœnicio, duabus & illud drach-
mis per Neptunum. M Y R. Atti-
bi enauigaturo uicissim ego donavi sa-
gum illud paruum inguinetenus, ut eo
inter remigandū uterere, quod Proretæ
fuerat, qui illud oblitus, apud nos relis-
quit tum, quum simul mecum dormi-
uic

A M A T O R I I.

uit. DOR. Sed agnatum idem illud.
Proreta recepit in Samo, idq; Dii boni
quanta cum pugna. Cepas dein e Cypro
& saperdas pisces salitos quinq; & Percas
pisces quatuor, qum ex Bosphoro ad
nauigauimus, attuli tibi. M Y R

Quid igitur? DOR. Et panes nauti
cos octo in canistro aridos, & caricis re
fertum calathum ex Caria. Tum postea
e Pataris (o te ingratam) sandalia in
aurata, & caseum illum magnū (memi
ni) aliquando ex Gythio M Y R.

Quinq; fortasse drachmiso Dorio, hæc
omnia. DOR. O Myrtale, quan
ta uidelicet homo nauta potui, mer
cede nauigans. Nunc enim in latere
dextro, uidelicet primas teneo, & tu
nos despicias? Nuper autem in Aphro
disiis, non ad pedes Veneris drach
mam tua gratia posui argenteam &
Non matri in crepidas donavi drach
mas duas, & huic Lydæ non sæpenume
to in manum obolos modo duos, modo

L Y C · D I A L O G I

quatuor Hæc uero omnia in summam
contracta, nimirum opes fuere hominis
hautici. M Y R. Cepæ atq; saperdæ o
Dorio. D O R. pfecto Myrtale. Neq;
enim afferre plura poteram. Tum si di
uitias consequutus essem, non utiq; re
migio uictum quæritarem. Et quum
hæc in te libens impenderim, matrì ia
cerim meæ, ne caput quidem allii unum
saltem reportauit unquam. Perquā uero
scire uelim, quæ nam a Bithyno tibi ob
ueniant dona. M Y R. Viden' primū
hanc tunicam, & monile hoc crassius ē
Ille mercatus est. D O R. At olim hoc
uidi peneste. M Y R. Aliud uidisti,
quod & multo erat minutius, & smarag
dos nō habebat. Largitus uero est & in
aures hasce, & tapetē, & nuper minas du
as. Ad hoc pensionem domus condu
ctæ pro nobis dissoluit. Hæc sunt, quæ
& Bithyno habeo, nō sandalia patarita,
non caseum gythiacum, non nugas.
D O R. Atqui illud non dicis, quod eū
illo cubas, nsgadeo tum deformi, tum
foedo.

A M A T O R I I

fœdo, homine annos nato omnino plus
quinquaginta, ingrato caluicio, colore
cutis in modum Carabi piscis turpi. Ac
non saltem dentes illius uidest. Nam hæ
sunt per Castorem & Pollucem, haec sunt
hominis Gratiæ, hæ Veneres, maxime si
quando cantare anitum inducat pul-
cherq; & festiuus esse uelit, asinum ipsum
sibi ad lyram canere dicas. Cæterū fru-
cte illo, digna plane ipsa, quæ talem ha-
beas amatorem, uobisq; nascatur filius
lus, similis patri. Ego uero ipse mihi
quoq; inueniā, aut Delphida, aut Cyma-
balium, aut uicinam uestram tibicinam
istam, omnino aliquam ex earum nu-
mero, quibus mecum perbelle conves-
niat. Nam tapetas, monilia duarum
minarum mercedes, haud omnes habe-
mus. M Y R. O ter beatam, quæ
te amatorem nafta erit Dorio. Capas
enim illi feres e Cypro, & caseum ubi e
Gythio nauigaris.

L

P R A E F A T I O

INCLYTAE

V R B I S V R A T I S L A V I

ensis Senatui prudentiss.

Ioannes Metzler. S. D.

CVq; multis in negotiis, tū in instau-
randis scholis singularē uestram in
Repub. gerenda curam & prudentiam
perspexi. Et si enim tot & tanta pericula
Reipub. nostræ iminere videbatur, ut
nisi omnes totis animis ac uiribus in mu-
niendam urbem & res bellicas parandas
incumberemus, pereundum nobis esset
pletiq; palam dicitarent, uos nihilomi-
nis iuuentuti erudiendæ nihil præuerti-
uoluitis. Præuidebatis enim illis studio-
fissimæ etiam, paratis, nō nisi bellicis in
commodis occurri, in hac ætate aut be-
ne constituta omni tempore prouideri.
Huius tam salubris Reipub. instituti, ne
ego experts essem, studium & conatum
uestrū pro mea uirili parte adiuuandū
putau. De eo q; cogitanti non est com-
modi.



modius in præsentia quicquā uisum, quā
si publice Plutarchi philosophi & orato-
ris grauissimi de liberoru educatione li-
bellum græce prælegerem. Ita em̄ futu-
rum, ut iuuentus nostra græcā disceret
linguam, & simul cum animi eorū opti-
mis monitis ac præceptis imbuetentur.
Dum id ago, plementiq; libellū legens
& relegens, me apparo, facio eum lati-
num, nō in hoc ut in publicum ederetur
(nam audiueram antea ab alio transla-
tum, quē postea Guarinum Veronen-
sem, hominem sane doctum, esse cog-
noi) sed ut in utraq; lingua, ubi à nego-
ciis forensibus uacarem, me exercerem,
atq; amicis nonnullis, qui quæ ille præci-
peret latine ex me intelligere uolebant,
satisfacerem. Eorundem flagitatu iam
nunc consilium & sententiam mutare,
ac quod mihi atq; illis solis paraueram,
uulgare cogor. Ego qui meæ imbecilli-
tatis mihi sum cōscius, Heroa illū ætate
& eruditione me longe superantem in-

P R A E F A T I O

Munere à me uinci posse nung' animum induxi. Mallem mea premere & cōtine re domi, illi uero non sinunt, instatit, suadent, rumpēdum esse silentium, & uia uentis aliquādo danda, id quanq' gra uate faciam, obsequar tamen eis, etiam cum nominis iactura, potius quā me officio egressum quisq' uel falso insimulet. In hac te me ætatis nostræ ingenium nō nihil consolatur, ac pene dixerim cohortatur, nam ut est nouarum rerū studiosissimum, spero nonnullos interpretis nō uitate affectos, libellum lecturos, ut ita saltem eorū animis nonnihil de præceptis istis saluberrimis uel inscientibus influat & ppetuo inhæreat. Deinde, quia id exemplo aliorum facio, excusatē fieri arbitror, fecerunt sæpe idem alii, atq' in uno autore uertendo se occupauerunt. Iuuat ingeniōrū diuersitas lectores, quā forte hic quoq' studiosos delectabit, ueruntamē quærend⁹ mihi cū sit de mote patronus, sub cuius tutela hic noster labbor in publicum prodeat, cuius autoris

tate

PRAEFAATIO

tate nixus, ab inuidorū calumniis tutus
esse possit, non est mihi quisquam com-
modior uisus quām uos uiri Prudentiss.
quibus præcipua cura liberorum educā-
dorum uidetur, & quorū fidei regia celsi-
tudo duos ducatus (ita nunc loquimur)
administrandos & tuendos dedit. Eum
igitur, qualisqualis est, uobis dedico, ac
pro uerstra in me singulari benevolentia
ab omniū iniuriis vindicandum trado.
Et quo libellus commendatior in publis
cum prodeat, prælectionem in eius enar-
ratiōe habitam, adiunxi. Quod si hanc
meam operam & uobis probari intellex-
ero, persuadebo mihi utilem eam in cō-
mune fuisse, atq; ideo non dubitabo des-
inceps in aliis etiā publicum subire iūdi-
cium. Valete opti. Ex Vratista
uia. Calendis Ianuariis.

Anno. M. D. XXVII.

PRÆLECTIO IN LIBELLO Ium Plutarchi, de liberorum educatione.

L III

P R A E F A T I O

Non me fugit, futuros esse nonnullos,
Ciues, qui consilium & institutum
præsens meum calumniati reprehendant,
rati nimis nesciem tam exordē,
tam stupidum, tam insanum reperi.
qui nesciat liberos educari oportere.
Ego uero, quid amicis, quid ciuibus, qd
ipsi deniq; patriæ, qua; me excepit, de-
beam memor, de eo nihil neq; mindā,
neq; mutabo. Etsi enim res omnibus co-
gnita atq; à natura indita uulgo iactetur,
cum tamen rem ipsam intueor, & quid
parentes præstent considero, inania que-
dam uerba fundi, & facta cum eis mini-
me congruere, uideo. Ex labris sanc-
non ex pectore, omnis istorum sermo
fluit ac proficiuntur. Operæpreciosi igi-
tur me facturum esse duxi, si quæm uti-
sis, immo quæm necessaria sit recta libe-
torum educatio & institutio admoneā,
atque in memoriam revocem, neq; em
tantopere alias occupatis omnia sua
sponte occurrūt. Quin admonitore quā
dōq; est opus, qui parentum animos ex-
cites

citet ac cohortetur ad curam liberorum suscipienda: quæ profecto, non in dictu speciosis posita iacet, sed studio, diligentia, ac labore conficitur. Id ut uobis quā paucissimis exhibeam, curabo, uos modo auribus & animis ea accipite. Quod si feceritis, non dubito, quin ad uos liberosq; uestrros max. fructus sit redditurus. Cogitanti mibi tres in libeſis ætates obuiæ fiunt, quæ præter cæteras educationem institutionemq; requirunt, infancia, pueritia, adolescentia. Eas singulas, quoq; oratio fiat clarior & apertior, separatim exequar & tractabo. Rerum omnium conditor, quoniam uniuerso animalium generi procreandi appetitum inesse uoluit, eorum quoq; animis, præcipuum amorem procreatorū curamq; singularem immisit. Prospexit em̄ quā imbecilli atq; omnibus viribus nudi res cens editi partus futuri essent. Eis sane quin percundum foicit, nisi parentū pie tas succurreret, eorumq; miseria & imbecillitatem subleuaret, quis non uidet?

P R A E F A T I O

Ne uero aliquid desiderarent, mammas
etiam cuiuis parienti largitus est & indidit,
neque eas unas modo, sed pro numero, ad
quem fere parere consueuerunt. In hoc
munere abeundo officiosissima esse bru-
ta cognoscuntur. Edito namque partu, su-
um defraudare Genium, ipsaque alimen-
tis earere malunt, quā quid natis deesse
uideatur. Exim requiris? in promptu est.
Nonne gallinas, grana & acinos sumo
studio quæsitos & scalpulentibus ungus-
lis e terra erutos, nō ipsas quidam abiur-
mere, sed pullis edendos exhibere uide-
mus? Ac quanto etiā conatu aduersum
uultures & miluos pullis imminentes de-
fertent, cuiuis est uisum & cognitū. Ean-
dem in cæteris brutis naturā ac cōditio-
nem aduertim⁹, neque eius expers lupa ont-
niū alioqui animantiū rapacissima. Qui
intelligimus bestias nonnullas sub lactan-
di tempus ingenijū mutare, & quæ cicuz-
res & mansuetæ esse soleat, ferarū immā-
nissimarū ritu in obuios ferri ac mordi-
cus artipere, & quibus alioqui quiduis
ciba

cibariorū recte cōmittas, tum conditō
ria effringere, omniaq; deuorare. Tan-
tus est eorum in procreata amor. Quem
si intuemur, quid obsecro homines face-
scere oportere statuimus & Mea quidem
sententia, hoc munus tanto maiore stu-
dio & diligentia exequent, quantū cæ-
teris præstare animantibus existimant.
nec eñi eos solum impetus quidā à na-
tura tributus, ut illa eo trahet, sed ratio
quam p̄cipuum habent, flectet & dedu-
cit certā uelut uiam indicans & præscri-
bens. Tum si pietas existimatur misero
& inopi subuentire, atq; ab eo iniuriam
propulsare, multo major dici & haberri
debet, si quis innocentι. omnibusq; uiri-
bus destituto opem ferat. An uero infan-
te humano quicq; dici aut singi potest
innocentius uel miserius & non opinor.
Non est ex animatibus ullum, quod nu-
per natum ita imbecillum & infirmum
reperiatur, immo, si uerum fateri libet,
sine omnibus est uiribus. Dedit natura
cateris animantibus, ut simul atq; pro-

P R A E F A T I O.

ducta sunt in lucem, aut paucis saltim post dieb⁹ vel hebdomadis ipsa uestigia ponant, e stercoribus se euoluant, cibum capture ad matres repant & accedant. Atqui nihil istorum in humano infante reperias, iacet in cunis loco semouere nequiens, neq; ullo signo, nisi uagitu, num quid ei desit, indicare possest, atq; etiamsi se uagiendo ruimpar, neccum tamen certum quid uelit & cupiat, nisi id parentes coniectura assequatur. Quorum cura & sollicitudo, si eis non succurrat & auxilium afferat, nihil commeritis, immo adeo innocentibus, ut eorum effigie innocentia ipsa referatur, insuis ipsorum sordibus misere est pereundum. Quod quid possit esse miserius & calamitosius t^e Iccirco alieni quoq; , nullo neq; sanguinis, neque necessitudinis iure devincti, etatis tam miseræ atq; innocentis curam sibi suscipis endam putauere. In eo laborant praetores & jurisconsulti, horum edictis uel interpretationibus eis prospicitur, orbis etiam

P R A E F A T T O.

etiam parentes alii , qui eos alant ac trahantur , queruntur . Neque hæc prouincia cuius temere committit , sed cum causa cognitione , ac certa quodammodo uia & ratione praescripta . Solet quoque infantia hostibus misericordia mouere & exprimere , ut ab eis manus violentas abstineant . ipsorum causa parentibus nonnulli parcant . Sin autem securus fiat , nemo est quoniam clamitet nequiter atque imisericorditer esse factum . Quare si a brutis hoies , ab alienis parentes , ab hostibus ciues & amici , amore , pietate , ac misericordia uincit & supari nolumus , est nobis dies , nostri cogitandum atque entendendum , quo insantum corpora & animos bene & recte cureremus . Nam quorsum pertineret , liberis quidem dare operam uelle , procreato rum autem corpora & animos ab in eute arate negligere , ac uirtuti non affuefacere . Nemo sibi persuadeat , ineptam pceptionibus capiendis aratem istam esse , bimuli nanquam & trimuli uidentur incipere sentire atque intelligere . Ceterum ,

P R A E F A T I O

me rem in immensum producam, ex his
quid sit factum opus, uos intellexisse, opis
sor, iam ad pueritiam transeo, in qua
 tanto maior cura & sollicitudo a paren-
 tibus exigitur, quanto animus omnium
 calculis corpori præcellere iudicat. Et si
 em in puerili ætate constituti fari possunt
& uestigia ponere, needum tamē uictui
 amictuq; parado sufficiunt, eū igitur a pa-
 rentibus capiant, est nesciisse. Tum etiā ad
 uirtutē institui, atq; ad bene beatęq; vi-
 uendū parati debent, ad quod optimis
 opus est p̄ceptoribus, eos pueri per æta-
 tem sibi inuenire nequeūt, Nam tales
 ingenii aciem non habent, ut quæ p̄to
 sint cernere, atq; iþi sibi cōsulere possint.
 Vicariam igitur eis dent operam paren-
 tes, illorum infirmitati succurrant, p̄
 ceptores optimos inquirant. Si quident
 in hac parte fuerint negligētores, oēm
 laborem, omnem operam in infantia
 se frustra, & ne quicquā suscepisse sciant.
 Quæ incep̄tæ atq; institutæ, morum ani-
 morumq; formationes, id tēporis sunt
 p̄sequen-

P R A E F A T I O.

prosequendæ. Est enim hæc ætas præceptiorum capaciss. & tenacissima. Quicquid eidem inservieris, eius fructus producit, ac per omnem præ se fert uitam. In his annis nisi recte instituantur, necessario reliqua uita turbulentia, & sine certa ratione uagatur. Præterea quædam modum arboribus, ubi iam aliquantulum creuerint, ne curue & tortuose fiant, palli adiunguntur: sic pueritiae necessario præceptores & institutio recta adhiberi, ac uelut sociari debet, irretiunt alioquin animi eorum uitiis ingentibus, in quæ hominum ingenia & natura pœliuia defunduntur. Et pinde ut ager nō ita bonus cultura sit melior & feratior: contra, optimus quisq; si negligat deterior. Sic puerorum animi, si recte colantur, postiantiores atq; ad omnem uitutem cōmodiores: si autem neglecti iaceant, ad omne negotium plane inutiles efficiuntur. Ita sit, ut si qui forte sint natura habentiores, hic curatione acuantur: nihil enim est, quod arte & consilio corrigi &

P R A E - P A T I O.

etnendari nequeat. Atq; adeo, si anima
oculosq; circuferas, persæpe, quæ arte
sunt confecta, firmiora esse solent, quæ
q; natura tribuit & largita est. Quid mul-
ta e maximū in pueris momentū initi-
tutio habet, testem afferre possum sa-
pientiss. Lacedæmoniorū, legislatorem
Lycurgū, qui quo pacto idipm in catu-
lis suis ciuib; ostenderit, res est uulgati-
or, q; quæ recenseri debeat. Comprobat
idem tū Resp. bene cōstitutæ, tum Ro-
manorū principū decreta. Illæ enim do-
mos huic ætati erudiēdæ destinatas sem-
per, ac p̄ceptores maximis stipendiis cō-
ductos tenuerunt: isti uero imunitates
domibus p̄ceptoribusq; multas easq; nō
cōtemnendas dederūt, ita quidē & pue-
ros & magistros ad hoc munus Reip. sa-
luberrimū excitare ac prouocare uoleant:
Tum etiā priuatis publico exēplo ostens-
dere, ac uelut p̄scribere, qd in pueris fie-
ri postulent, & regrant. Neq; uos Ciues
optimi, alio cōsilio prudentissimū hu-
ijs

P R A E F A T I O.

Ius inclytæ urbis senatū ludos literarios,
nescio quorum malevolentiss. studiis &
machinationibus, plus quā insidiosis,
collapsos, instaurasse putetis, id sane,
quod dixi à uobis expectant. Nouerūt
enim, nouerunt, in hac ætate, bene & re-
cte educata atq; instituta, multum esse
positum, & qualis ea fuerit, tales habi-
tueros parentem liberos, tales magistra-
tus ciues. Rem magnam agi uidetis, no-
lite obsecro uestri & Reipub. obliuisci,
sed quo uos omniū utilitas uocat, non
grauate sequamini. Restat, ut de adole-
scēntibus nunc dicam, quæ qdēm ætas
quāq; & aīo & corpe firmior esse uideat,
nihil tñ uel frenis, uel calcaribus æque
eget. Etenim nullis se teneri legibus pu-
tant, quicquid eorum collibitum est
animo, id licitum esse arbitrantur, atq;
ut paucis rem omnem eloquar, omnibus
uoluptatibus, omnibus animi per-
urbationibus obnoxii succumbunt, di-
es noctesq; potant, conuiuantur, amant,

P R A E F A T I O.

scortantur, alienas uxores seffatur, atq;
id genus flagitia multa, quæ nunc non
est narrandi locus, designant, ac tum
se non poenam, sed laudem meritos ex
istimant, ita est eorum peruersum inge
nium. Ex quo, nisi parentū atq; ab his
quæstorum magistrorum consillis opti
mis subleuentur ac corrigantur, in eius
modi uitiis non solum adolescentiam,
sed reliquam uitā uniuersam transfigūt;
neq; ullo pacto postea in uiam reuocan
tur. Nulla præterea ætas pluribus mor
tis casibus exposita, nulla facilius in mor
bos incidit, nulla grauius ægrotat, nulla
tristius curatur. Eaq; est cauſa, quam
obrem pauci ad senectutem ueniūt. Glo
riatur Cyrus moriens, se nunquā sensisse
senectutem imbecilliorem factā q; ado
lescentia fuisset. Quid cauſæ obsecro fu
it: profecto nihil aliud, q; adolescentia
bene acta, cuius similis senectus esse so
let, nullis sane grauis nisi adolescentes ui
ta solutiore fuerunt. Et quanto nobis
commoda uel incommoda maiora ex
adole

P R A E F A T I O

adolescentia oriuntur, tanto in ea cura
& opera maior uidetur ponenda: parem
enim morbo medicinam adhibere con-
uenit. Præterea quæm sit necessariū eius
ætatis curā suscipere, non solum philoso-
phorum monumenta præscribunt, uerū
etiam omnia omniū comœdiarum ar-
gumenta declarant. In his enim uel pa-
rentum nimia facilitas, uel adolescentu-
lorum in uitia proclive ingenij ob ocus-
los ponitur. Quo consilio t' ut hoc pacto
tanquam publice rei peracti per ora ho-
minum traducatur, atq; istam infamiae
notam ueriti, deinceps uitia odiſſe incipi-
ant. Adde ius ciuile & honorariū, quod
sub curatorib; minores uiginti quinq;
annis esse iubet, eorumq; imprudentias
per integrum restitutiōem succurrit.
Postremo, quid Græciæ ciuitates in eo
nobis uelut præscriperint, considerate.
Instituerunt palæstram, aliaq; item cer-
tamina, quibus hæc ætas occupata ab
ocio, omnium flagitorum segete, arce-
retur. At mat nangocium, labores, nisi

M

P R A E F A T I O

& parentibus coacta, refugit. Hæc secuti, censeo, ut quisq; q̄ potest maxime conetur, atq; elaboret, quo flos ætatum omnium bene & recte cōponatur, alioqui nihil profuerit in pueris & infantibus curā dis diu multūq; sudasse. Facite obsecro, ut solidum hoc à uobis officiū liberi fertat, ac uos laborum fructus dulcissimos tandem capiatis. Atqui videor mihi usidere, & audire ex uobis nonnullos capitata conferentes, dicere, Non es Mecelere defunctus officio tuo, nisi etiam modū & rationem aperias, qua infantiae debilitati, pueritiae infirmitati, adolescentiae ferocitati succurratur & consulatur, neq; enim satis est, si medicus morbum detegat, eiusq; uim & magnitudinē ostendat, quin quæ eius mali sit medicina, etiam doceat, oportet. Rem magnam à me, et uitibus meis imparem postulatis. Non sumo mihi tantum ingenii acumen, quod hæc sua sponte inuenire posse, neq; mihi sunt tot anni, ut me id experientia docuerit. Quid igitur faciam,

an

P R A E F A T I O

an semper audiā quarelas uestras, quod
uos in mediis fluctib⁹ destitutos relique-
rim & Ad Deos cōfugiam, uota faciam,
eos precabor, forte nos aliquis respiciet.
Bono este animo, misertus uicem meā
uestri Plutarchus Chæronensis suā ope-
rām nobis pollicetur, Bono inquā este
animo, is pro me respondebit, qui dos-
trissimorum facile princeps est habitus,
atq; ob eam rem tam charus Traiano,
ut eam consulari dignitate honestaret,
edictoq; caueret, ne quid in Illyrico nisi
de Plutarchi sententia ageretur. Ac quā
quām multa egregia ingenii monumē-
ta reliquerit, attamen haud scio an non
primas teneat de liberorum educatione
libellus, quem uobis ut græce prælegerē
Deus Opti. Max. iam in mentem dedit.
Non ita multa complectitur folia, sed
dignus sane est libellus, quem parentes,
quem liberi in corde inscriptum secum
semper gestent, cuius præceptis & cons-
filiis obsequantur atq; obedient: hi qui
dem, cum ut græcam discant linguam,

P R A E F A T I O.

cuius cognitio quantum conferat, & quām utilis sit, alias est dictum. Tum ne toti ex parentibus pendeant, sed in se quoq; consiliī & auxilii nonnihil repositum habeat. Illi uero, ut si forte ad rem faciendam sint attentiores, ne quod eos rectæ institutionis liberorum paucis ad moneat, desiderent. Cuius maior est habenda ratio, quām ullarum diuiciarum & opum liberis relinquendarū. Qui sectus faciunt, persimiles mihi uidentur iis, qui calceos curant, pedes ipsos negligunt, cum eis tuendis sint calcei inuenti. Sapienter itaq; Crates ille antiquus consensu urbis editissima parte exclamandum censuit, Quoquo ferimini ciues, num conuenit, in opibus parandis maxime occupari, de liberis, quorū causa queruntur, nihil laborare, minime esse sollicitos. Credite mihi, non potest melior hæreditas liberis relinquenda parentibus, quām si bene educati, atq; ad uitutem recte ab ineunte ætate sint instituti, hoc eis perpetuo

P R A E F A T I O

petuo manet patrimonium, neq; & for-
tunæ pcellis labefactari potest. Quoniā
uero is, quem dixi, libellus brevissime
facillimeq; eo deducit, uos hortor & ob-
secro, ut in eius enarratione frequentes
adesse, diligenter audire, ac fide summa-
atq; optima quæ grauis morum magis-
ter præceperit, annis uestris committe-
re, & ad rem conferre, uelitis; de
me hoc uobis pollicor, sum-
mo studio & conatu maxi-
mo annixurum, ut uos,
seu parentes seu liberos
me interpretantem
audiuisse, minis
me paenitere possit:

DIXI. M i u

P L V T . D E B D V C .

PLVTARCHI

C H A E R O N E N S I S , D E

Liberorum educatione

Libellus.

A Gite, intendam⁹ animum atq; expe-
riamur, ecquis de ingenuorum libe-
rorum educatione differere, & qua- usi
gatione probi moribus euadant, aperire
possit. Ac fortassis optimum fuerit, si
ab eō procreatione exordiamur. Qui
clarorum liberorum parētes esse student
& cupiunt, hos ego admonitos uelim,
ne temere cum quibusvis consuescant
mulieribus, meretricibus dico & pelli-
cibus. Nam quorum critis uel de patre
uel de matre culpari potest, eos perpe-
tua natalium probra per omnem ætatem
sequuntur, præsentemq; carpendi con-
uiciandiq; cupidis materiam præbent.
Docte igitur & sapienter poeta, qui di-
cit, *Siquidem generis fundamentum*

recte



L I B E R Q R V M

recte non est iactum, nati necessario sunt infelices. Est sane natalium honestas & splendor uelut thesaurus liberi loquendi. Cuius præcipuam curam & rationem habere debent, qui legittimæ proli dant operam. Quorum enim genus adulterinum & quasi subæratū, eorum studia quoq; ac conatus uacillare, incerti atq; abiecti esse solent. Hinc bene locutus uidetur poeta inquiens, In seruitutem raspit, quantumuis sibi fidentem, mens conscientia paternorum maternorumque criminum. Contra uero insignes atq; inculpatos nacti parentes, fastu impletur & fiducia, feruot itaq; Diophantum Themistoclis filium palam dicere solitum, Quicquid ipsi libitum esset, idem populus Atheniensis probari. Nam quod ipse uellet, matrem etiam uelle: quæ mater, itidem & patrem: quæ uero Themistocles, ipsum quoq; populū Athenensem uniuersum. Sunt præterea Lacedæmonii ob magnanimitatem merito laudandi.

M iiii

Nam Archidamum regem suum matri monio sibi mulierem paruae staturae, in gentem grandi aere mulctauerunt, affirmantes eum hoc facto reginis, non regibus propagandis & exhibendis studere. Consequens autem forte fuerit de his dictis, quae neque a maioribus nostris neglecta uidemus. Quid istuc rogas? Illos nam mirum, qui prolis caussa cum mulieribus uiaunt, uel omnino uini abstemios, uel illo modice usos concubere debere. Vinosi enim atque ebriosi effici solent, quem satione patres ebrii fecerint. Ideoque Diogenes adolescentulum stupidum ac desipientem uidens, Adolescentem, inquit, pater te dum ebrius esset seuit: haec de ipsorum procreatione sint dicta, deinceps quo pacto educari debeant, uidetur dicendum. Ut patulis atque in uniuersum loquar, quod de scientiis & artificiis paratidis uulgo iactari consuevit, idem de uirtutibus acquirendis est adstruendum. Ut actio recta & perfecta videatur, tria concutere oportet, Naturam, Rationem, & assuefa

L I B E R O R V M.

& assuefactionem. Voco aut rationem disciplinam descendit modum: Assuefactionem uero exercitationem: disciplinæ tribuuntur initia, exercitationi usus. Ex omnibus ipsis consumatio perfectio constat. Ideoq, & si quid istorum abest, uirtus ut claudicet mancaq, sit, necessario sequitur. Est enim natura, si disciplina & studium non accedat, cæcū quidam, quemadmodum & disciplina sine naturæ adminiculo res per se minime sufficiens, atq; exercitatio sine ambob, imperfecta. At uero petinde ut in agris colatione primum oīm solum bonum expetur, tum agricola peritus, deniq; semen idoneum ac minime fatuum, sic quoq; in præsenti negotio usuuerit & accidit. Terræ assimilatur ingeniu, Agricolæ præceptor, semini, præceptionu traditiones. Ea quidem omnia conten derim coniuncta fuisse, ac uelut conspi rasse in omnium, qui passim celebratur, animis, Nempe, Pythagoræ, Socratis, atq; item aliorum, æternâ qui sunt con

M y

secuti memoriam. Beata res existimat
ur & diuina, si Deus quispiam uoi hanc
omnia simul largiatur. Si quis autem
putat, non ita felici ingenio et natura
bona praeditos, recte tamen ad uirtutem
Institutos atque exercitatos: quod natu
ra abest, nequaquam sarcire et emendare
posse, is sciat se multum atq[ue] adeo tota
aberrare via. Naturae bonitatem et prae
stantiam corrumpit socordia, stupidice
tatem et uicia emendat, ac corrigit ins
titutio, neq[ue] quicquam tam facile, quin
et negligentium manibus elabatur. Con
tra quae difficillima, cura et diligentia
assequitur. Enimuero, quanta cu[m] faci
litate labor ac diligentia res omnes expe
diat et conficiat, animum si circumfe
ras, in multis cognosces. Stilla saxum
cauat, frequens manuum contrectatio
ferrum atterit. Rotae curuatura ui et la
bore inflexae, nullo pacto etiamsi opus
sit, pristinam rectitudinem recuperare
potest, neque incuru[m] histriorum bacu
li corrugunt. Quin ea quae natura dedit,

LIBERORVM.

ab artificiose & præternaturali curatio-
ne confectis auincitur. An uero hæc tan-
tumodo uim & præstantiam diligentia
indicant? Minime, sed sunt præterea
alia infinita. Solū quanque per se sic bonū,
si tamen negligat, corruptis & sterile-
scit, imo quo est natura præstantius, eo
per negligentiam incultum sit deterius.
Ex regione, quod est plus æquo asperum
& horridum, id excultum, egregios pro-
ducit fructus. Quid arbores? an non ne-
glectæ, tortuosæ fiunt & sterilescunt? si
uero recte curentur, efficiuntur feraces,
& fructiferæ? Nonne robur corporis per
socordiam, delicias, prauamque uiuendi
rationem, uelut partus abortiuus perit,
atque evanescit? Quis autem tam im-
becilla est natura, qui exercitatiōe eam
non firmet, ac corroboret? Qui præ-
sea equi, si recte domant, in secessori nō fi-
nunt morigeri: & qui indomiti, duræ cer-
uicis ac feroes nō euaduntur? Neque de aliis
mirati oportet, qui feras quoque ferociss.

multas labore & industria hominū cinc-
tatas ac mansuetatas uideamus. Vnde
Theſſalus quidam interrogatus, qui nā
ex Theſſalī essent māſuetissimi, aper- re-
ſpondisse uideſ', qui armā deponuerent.
Sed quorū attinget, multis imorati-
mos & conſuetudo non niſi longo tem-
pore inducit ac conſirmatur, cuius ſi
quies uirtutes, quaꝝ mores respiciunt, fi-
miles eſſe dicat, nequaq' errare uidereſ'.
Cæterū, ne de his longior fiat ſermo, di-
cendi finem faciam, ſi modo unum exē-
plum prius addidero. Lycurgus Lacedæ-
moniorū legislator, cum duos ſibi catu-
los ex eisdem procreatos, parētibus edu-
candos ſumpliſſet, nequaq' fecit ſimiles,
ſeddens alterū gulae, & luxus ſtudiosum,
alterum venationi aptum & idoneum.
Congregatis autem aliquando Lacedæ-
moniis, Magnū, inquit, momentū ad
uirtutēm poſſident, uitæ ratio, educa-
tio, præcepta, & affuefactiones, quam
rem uobis illico palam faciam. Adduſ-
tos catulos in medio conſtituit, eq̄ re-
gione

glone eorum ollam & leporem : hi ut
sunt soluti , alter quidem celeri cursu ad
leporem contendit , alter uero se adols-
lam proripuit . Sed quia Lacedæmonii
coniicere nequibant , quid sibi hoc spe-
taculo ueller , ac quamobrem catulos
istos in publico exhibuisset . Sunt ambo
isti , inquit , ex eisdem parentibus , diuer-
sam uero nati educationem , hic quia
dem gulofus , ille autem uenaticus cu-
rit . De uitæ rationibus & consuetudine ha-
bitenus , sequitur , ut de nutriendi ratione
differamus . Mea quidem sententia ma-
tres ipsæ infantibus mammas dabunt ,
eosq; laetabunt & nutrient . Hoc enim ma-
iore cum affectione ac cura exequent ,
ut quæ quasi ex ipso usq; utero , & quem
admodum in proverbio est , & teneris vn-
guiculis liberos ament & diligunt . Nutri-
ees uero atq; alumnæ , quasi ascitam &
supposititiam benevolentia exhibeant :
mercede enim ad amorem alliciuntur ,
& perducuntur . Ipsa quoq; natura decla-
rat matres ipsas debere suos foetus ales ,

& nutritire. Nam eam ob re cuius, qd' fons
tum edit, animanti, lactis alimentum
suppeditat. Nec minus sapienter prouin-
dentia unicuique mulieri duas man-
mas indidit, nullam sane ob causam ar-
liam, q ut si gemellos peperisset, duos
quibus alimoniae fontes haberet. Præter
ea hoc pacto multo benevolentiores, a-
micioresq; libertis efficientur. Neq; inju-
ria, magnum enim vinculum benevo-
lentiae, coniunctus societas & coniunctio.
Nam & feras si ab una educatis pastisq;
se iungut, earum desiderio teneri aduer-
timus. Conandū igitur in primis matri-
bus esse arbitror, ut dixi, quo ipsæ libe-
ros nutriant, alantq;. Quod si nequeat,
uel propter corporis imbecillitatē, qd'
sæpe contingit, uel quia ad alios procre-
andos festinant, non erunt tamen qua-
uis obuiæ nutrices capiendæ, sed quan-
tū potest, quæ honestæ atq; idoneæ pro-
babuntur. Ea sit primū Græcis prædicta
moribus, quemadmodū enim corporis
membra ab ipsa statim natuitate, ut re-

L I B E R O R V M.

ta, minimeq; curua nascantur, forma-
re necesse est: ita puerorū mores ab ipso
quoq; initio cōponere conuenit. Iuuen-
tus em̄ mollis est formatuq; facilis, ac te-
neris adhuc eorū animis disciplinæ qua-
si inserunt, obdurata uero difficulter liq-
scunt, ut em̄ molli cera fine magno ne-
gotio signū imprimif, ita in puerilibus
animis disciplinæ formant. Diuinus itaq;
ille Plato diligēter mihi uideſ nutritae
cōmonere, ne oīs generis fabulas & se-
mōnes corā pueris pferat & loquant, ne
scilicet in ipso statim limine atq; ingress
su animos eorum stultitia, prauitateq;
imbui cōtingat. Nec minor est in bene-
monendo Phocylidis poetæ conatus, cfū
inquit, Par est, ut in puerili etiam con-
stitutos ætate honesta doceamus. Illud
quoq; minime omittendū, seruulos, qui
alumnis sunt subseruituri, atq; ita una
uicturi, præcipue quærendos esse mo-
ribus, probos & honestos, atque eos
etiam Græcos, linguæq; expeditæ, ne
cum barbaris exercitati, & malis mo-

P L Y T : D E S E D V C .

ribus præditis , aliquid utili eorum con-
cipiant & contrahant , haud inēpte pro-
uerbio celebratur . Si cum claudio coha-
bites , claudicare disces . Vbi adoleuerit ,
in paedagogorū potestatē tradantur , cu-
raq; tum adhibeatur exactissima , ne im-
prudentes atq; ignari , liberos mancipi-
is , uel barbaris , uel inconstatibus com-
mittamus . Etenim quod hoc temporis &
multis fieri intelligimus , est quidem res
supra modum ridicula . Siquidem quos
habet bona frugis seruos , ex his alios fa-
ciunt agricolas , uel nautas , alios mer-
catores , foeneratores , uel dispensatores .
Et si quod reperiunt mancipium vino-
sum , gulæ deditū , atq; ad omne nego-
cium inutile , ei liberos sponte offerunt ,
& cōmittūt . Talem natura esse oportet
paedagogum bonum , qualis Phœnix ,
Achillis p̄ceptor fuisse traditur . Iam ad
illud , quod omnium est maximū & pri-
mum explicandū uenio . Nēpe inculpa-
tos uita ac moribus , atq; expertos p̄r-
ceptores liberis cōquiri debere . Fons em̄
est

LIBER ORVM.

est, & velut radix futuræ honestatis, si quis rectum & legitimam nanciscatur institutione. Ac quemadmodum agricolaræ plantis & arboribus uallos adiungunt, sic præceptores boni monita & præcepta summa cum diligentia iuuentuti, quo mores eorum recti crescant atq; euadant, adaptant. An non igitur merito despotes nōnullos parentum, qui prius quā periculū de natos instituturo faciant, nonnunq; per imperitiam, nōnunquam quod rerū nullā experientiam teneant, ignobilibus & obscuris hominib⁹, uel etiam infamia notatis, eos tradunt ac commendant? Quod si per imprudentiam accidit, non est ita ridiculum. Illud uero per absurdum. Quid istuc inquis? aliquando et si cognitam habeant, atq; adeo sentiant & intelligat id ipsi melius quam eis dici possit, quorundam magistrorum imperitiam malitiamq; , nihilominus eis parētes libetos cōcredere. In hāc fraudem impelluntur, uel gratis ac iucundis adulatioñibus uicti, uel ami-

N

P L V T. D E E D V C.

coram precib⁹ obsequuti . Et qui in hac parte se dant amicorum uoluntati , simile quiddā faciunt , perinde , ac si quis corpore male habens , amico gratificaturus reliquo medicoperito , qui artis auxilio cum sanare queat , alium capiat , qui per imperitiam perdat : uel relinquat nauis gubernatorem optimum , sequaturq; ad amici preces pessimum . Summe Iupiter , Diiq; omnes , an qui patris nomine est praeditus , pluris faciat rogantium atq; intercedentium preces quam filiorum institutionem ? Profecto merito & non abs re Crates ille antiquus dixisse uidetur , qui , si fieri posset , consensa editissima urbis parte intentissima uoce exclamationum censuit , Obsecro mortales quo ferimini , qui quidem in re facienda custodiendaq; omnem curam & diligen- tiam absuritis , Liberos autem , quibus ea estis relucturi , parui penditis . Evidē ego addendum puto , quod huiusmodi parentes simile quiddam committere arbitror iis , qui calciamenta curant , pedes ipsos

L I B E R O R V M.

ipsos negligunt. Eo auaritiae nōnulli p̄
trum processerunt, simulq; tantū libero
rum odium conceperunt, ut, ne magnā
soluant mercedem, iidem sequantur ig
norantium, hominesq; nullius precii lis
befis præceptores deligant. Quare non
inepte, sed ualde facete, patrem quēndā
animo menteq; carētem Aristippus ora
tione perstrinxit, interrogatus ab eo,
quantam mercedem de filii institutione
postularet, mille dixit drachmas. Adhac
cū exclamaret ille, Hercules, inquiens,
magna iſthāc indicatura, mille namq;
drachmis mācipium cōparare possim.
Respōdit denuo Aristippus, Emīto sane,
atq; ita duo habetis mancipia, filiū & que
emeris seruū. In sumā, quis nō putet rem
absurdā, consuefacere pueros quo dextra
cibū capiat, & si forte manū sinistrā por
rexerint, castigare: ut uero sermones pu
eros & præceptiones eorū ætati conguitas
audiant, minime prouidere: Verū quid
accidit patribus illis admirandis postq;
filios male educauerunt & instituerūt:

N 11

Ecce tibi iamiam indicabo. Vbi expueris exceſſerint, ac neglecta recte beneq; instituta uitæ ratione, in immodicas & beluinas voluptates præcipites se dedeſtint liberi, paenitentia ob eorum proditam institutionē ducuntur, sed tum deſmutum cum nihil cōmodi afferat de eorū flagitiis angi & dolere. Partim enim eorum, adulatores & parasitos, homines ſane infames & ſcelestos iuuentutisq; corruptores, ſibi adiungunt: partim ſcorta & meretrices ſplendidias ac ſumptuosas redimunt. Alii ſe luxui dedunt, alii in talis commiſſationesq; impingunt. Nō nulli etiam ad mala audatiam maiore poſtulātia accinguntur, adulteria dico, bacchationes, & id genus alia, unamq; uoluptatem uel morte comparandam existimant. Tum, ſi cum philosophis uerſati fuissent, nequaquā ſe huiusmodi rebus dedidiffent, atq; illud Diogenis tenerent, quo uerbis quidem duriter, re ipsa uero utiliter admonet ac præcipit, Ingrēdere, inquiens, alicubi lupanar, ut cognoſcas

L I B E R O R V M

noscas uilia & præciosis nihil interesse,
Evidem, ut rem ad compendium pos-
nam, dum statuo istorū unum esse prin-
cipium, mediū ac finem (Nempe edu-
cationem honestam, institutionemq; le-
gittimam) non tam monere, quām ora-
culum edere mihi uideor, hæc ad uirtu-
tem & felicitatem sola adiumento esse
ac deducere reor & censeo. Nam reliqua
quæ in uita humana bona & expetenda
existimantur, exigua nec tanta cura ac
diligentia digna existunt. Est profecto
generis nobilitas res præclara, sed pro-
prium quoddam parentum & maiorum
bonum. Diuitiæ præciosæ, sed tamen
fortunæ possessio, quæ eas possessoribus
sæpe eripuit, nihilq; tale sperantib⁹ spon-
te obtulit & dedit. Sunt præterea uelut
scopus quidā collocatæ & propositæ, uo-
lentibus crumenas collimare ac confige-
re, seruis opinor scelestis & calumniato-
ribus. Tum quod maximū est, pessimi-
etiā earum sunt participes. Gloria est ue-
nustū ac uenerandum, sed tamen fragile

N iii

quiddam. Neq; pulchritudo indigna ; quam maximopere expetas, uerunt amē fluxa ac momentanea, bona quoq; uale tudo magno æstimanda precio, facile cōmutatur. Deniq; robur amabile, sed morbo obnoxium & senio. Quid mul ta si quisquā de corporis robore gloriae, is sciat se tota sententia aberrare, huma næ namq; uires quotta quæso pars sunt cæterorum animantiū robotis? Elephā tonum dico, taurorum & leonū. Solæ artes & disciplinæ in nobis perpetuae & diuinae cognoscuntur. Ex omnibus aut in humana natura, duo præcipua deprehendas. Mensem atq; sermonem : huic quidem mens dominatur, ipse uero subseruit, illam neq; fortuna subigere, neq; calumnia auferre, neq; morbus corrumpere, neq; senectus labefactare potest. Mens em̄ sola senescens repubescit, tem̄ pusq;, quod cætera oīa tollit, senectute peritiā addit. Bellū præterea torrentis instar oīa rapiens & loco mouens, solā institutione & doctrinā eripere nequit. Stilpo ergo Megarensis philosophus respōsum

L I B E R O R V M

memoria dignū dedisse uidetur. Deme
trio ciuitatem captam solo æquanti, per
cunctantq; ex eo, num quid pdidisset,
Nihil equidem: respondit ille, siquidem
bellum uirtutem in præda nequaq; agit.
Consona est isti Socratis responsio, qui,
cū ipsum interrogaret, ut opinor, Gor-
gias, quid nā de magno Persarū rege sen-
tiret, existimaret ne eum fœlicē in reb⁹
fortunæ fœlicitatem positā & sitam esse,
negabat. Et quemadmodū puerorū ins-
titutione nihil neq; prius, neq; antiqui⁹
habendum esse moneo, ita eam minime
corruptam sequātur, oportet. A panegy-
ricis nugis pueri longe amoueantur. Si
quidē uulgo ac multitudini placere, reue-
ra est displicere prudētib⁹: habeo oratiōis
meæ testem Euripidē dicentē, Ego uero
ineptus sum ut ad populū uerba faciam,
sed apud æquales & paucos peritior. Qui
doctis sunt mali, ii populo in dicendo
elegantiores uidentur. Iam qui suam
dictionem ad turbulentæ multitudi-
nis gratiam parant atque instituunt,

N i i i

eorum uitam etiā plerūq; luxuriosam,
uoluptuosamq; reddi uideo, atq; idip-
sum merito. Nam dum aliis uolupta-
tes conquirunt, negligunt ipsi honestū,
atq; ita propriis & peculiaribus uoluptas-
tibus honestum ac rectum, uix præpo-
suerint, ut malint modestiam, quām de-
lectationem persequi. Adde, quam utili-
tatem aliam filiis proponemus, & qui-
bus bonis aliis ut incubant atq; inhære-
ant eos cohortabimur? Nulla res hone-
sta temere & sine labore uel fit, uel dici-
tur. Sunt sane pulchra et honesta, ut in
proverbio est, difficilia. Orationis exē-
poralitas negligētiæ, facilitatisq; temera-
riæ plena depræhendit, peculiaris eorū
qui neq; exordiendi, neq; finis faciendi
rationēm ullam tenent. Hoc qui ample-
ctuntur dicendi studium, cum in alia uil-
tia multa, tum in immodestiam graue
et loquacitatem nimiā delabuntur. E
contrario autē diligens meditatio, non si-
nit orationem extra conuenientē men-
suram excidere. Quare Pericles, ut au-
ditu

ditu accepimus, cum sepius à populo uocaretur, non uenit, se imparatum esse dicitans. Pariter fecit Demosthenes eius, quem dixi, in Rep. administranda æmulus. Vocantibus enim eum Atheniensibus sententiæ dicendæ causa, recusauit uenire, ut qui paratus atq; instructus nō esset. Cæterum hæc fortassis tanq; sine certo autore cōmentum quoddam uide, ri poterūt, sed tamen quæ sit meditatio nis commoditas, ipse in oratione cōtra Mediam aperte ponit. Sic ait, Evidē me meditatum esse fateor, neq; id, q; di ligentiss. potuerim, executum nego: ac reuera miser et infelix essem, si talia tan taq; p̄pessus, quæ de his dicturus sum, negligerem. Neq; tamē extemporalitatē omnino improbandam, aut ubi res offe ratur idonea non usurpandam censco, quin ea pharmaci loco utemur. Quo usq; ex pueris exceſſeris, ne quid temere dicas uelim: postea uero ubi radices es geris, tum, si tempus postulet, libere ut loquaris decet. Etenim quemadmodū

longo tempore in vinculis habiti , si sols
uantur , nihilominus propter diutinam
vinculorum cōsuetudinem claudicant
pati ratione qui orationem suam dju cō
strinxere , si quando ex tempore sit di
cendum , idem orationis filum retinet .
Sin autem pueri ad id dicendi genus ad
mittimur , ea extremae uaniloquen
tiae causa existit . Ferunt pictorem quen
dam ignobilem & miserum Appelli ta
bellam ostendisse , dixisseqz , hanc ego
jamiam pinxi : illum uero respondisse ,
Etiam si non dicas , uideo festinanter
esse pictam , atque illud magis miror ,
qui non pinxeris plures tales . Sed redeo
ad eam , quam initio institueram ora
tionem . Quo pacto dicendi genus the
atrale & tragicum mea sententia uitam
dum , ita quoque dictionis exilitas &
humilitas fugienda existimatur , quan
doquidem oratio tumida Rebus pub . in
commoda , exilis autem commouendis
animis perquam inutilis . Nam ut cor
pus non modo sanum , uerum etiam ha
bitudinis

L I B E R O R V M.

bitudinis bonæ esse oportet, sic orationes
nem non modo à uitiis integrum, sed
& solidam uehemētemq; existere conue-
nit. Tuta nang; laudantur, sed cum peri-
culo tentata & quæsita, admirationem
insuper habent. Idem de animi affectu
sentio, ut eum neq; audenter, neq; ti-
midum & ignavum esse oportere existi-
mem, illud enim in impudentiam abicit.
hoc uero in seruitutem rapit. Medium
autem si quis in omnibus exactiss. fecerit
atq; ingrediatur viam, id summæ artis
statuitur. Porro quantum institutionis
memini, quaæ mea sit de ea sententia, ex-
plicabo. Orationis membrorumq; eius sis-
militudinem perpetuam inepti ad lites
ras ingenii non paruum inditum puto,
cum ad exercitatione actioneq; rem fa-
stidiosis. atq; omino intolerabilē: unus
enī atq; idē semp̄ modus, in oībus rebus
satietatē: cōtra, uarietas ut alias in oībus
quaæ uel spectantur uel audiunt̄, delecta-
zionem parit. Consentaneum igitur est

ne ingenuos pueros ullam præterea ex
Cyclicis disciplinis non audiuisse & uidisse
se sinamus. Eas omnes obiter ac uelut de-
gustantes discant. Nam fieri non potest
ut in omnibus ad perfectionem euadant.
Philosophia autem cæteris præponatur:
huius sententiae meæ tanquam simulachrum
quoddam afferre, ac sub oculos ponere
possim. Pulchrum quidem habetur multis
tas peragrasse & uidisse urbes, sed tamen in
opticæ constituta constituisse, id tandem utile.
Eleganter dixit Bion phœn., perinde ut
proci, qui ipsa Penelope potiri nequie-
runt, cum ancillis & pedissequis confue-
vere. Sic qui ad philosophiam aspirare non
potuerunt, in aliis nullius preciū discipli-
nis se macerarunt & exhauserunt: itaque
philosophiam tanquam caput & arcem reli-
quæ institutionis ac doctrinæ ponemus
& constituemus. Duæ sunt corpori cura
do ab hominibus repertæ artes, Medica
& Gymnastice. Altera ualetudinem, al-
tera habitudinem bonam affert. Sola autem
philosophia morborum, & gritudinumq[ue]
ani-

L I B E R O R V M.

animi est remediū. Per hāc enim eiusq;
auxilio , quid honestum , quid turpe,
quid iniquū , deniq; ut breuiter dicam.
quid sequendū fugiendum ue sit. Tum
quo pacto Diis , quo pacto parentibus.
quo pacto natu maioribus , item quo
modo legibus , & quomodo seruis uta-
mūr , intelligim⁹ ac cognoscimus. Opere
tere Deos colere , parentes honore pro-
sequi , natu maiores reuereri , legibus ob-
sequi , magistratibus patere , amicos
amplecti , aduersum mulieres pudicos ei-
se , filiorum amantes , in seruos non ual-
de contumeliosos , & quod rei caput est ,
neq; in prosperis gaudio efferri , neq; in
aduersis nimiū angī , neq; in uoluptati-
bus diffluere atq; eneruari , neq; iratos
in beluinā impatientiā rapi. Evidē ista
ex omnibus bonis & philosophia pfectis ,
prima & preciosissima esse iudico , felis-
citas namq; & magnanimitate orta , uiri
fortis esse censemur , citra inuidiam pars-
ta , obsequentis & mansueti. Ratione au-
tem uoluptates superare , sapientū , & ita

temperare, non vulgaris & cuiusuis. Perfectos eos statuo, qui cum ciuilis uitæ ratione, philosophiā jungūt, ac ueluti miscent, ut qui duobus, quæ in uita homis sunt, bonis maximis & p̄stantiss. sint potiti, uita scilicet in cōmune utili, dum Rempub. gerunt, atq; illa tranquilla & serena, cum in rebus philosophicis occupantur. Nam cum tres sint uiuendi ratiōnes, quarū una in actione, altera in meditatione cōsistat, tertia sit uoluptaria, hæc quidem est dissoluta, uoluptatum serua, beluina & indecens: illa uero in meditatione posita, si actione careat, in utilis existimatur. Quæ autē agit & operatur, nisi philosophiam sociam habeat, inelegans & recto aberrans. Pro uirili igitur conabimur, simul Respub. administrare, simul philosophiæ incumbere iuxta cuiusq; temporis statum & rationem. Ita Remp. administravit Pericles, ita Archytas Tarentinus, ita Dion Syracusanus, ita Epaminundas Thebanus,

quorum utriq; magna intercessit cum
Platone consuetudo. De institutione
& doctrina plura dicere, nō video quorū
sum conducat. Præterea tamē utile
erit, immo necessarium, antiquorum
scripta paranda non negligere, sed con-
quirere ea & colligere. Et quemadmo-
dum in re rustica contingit, ita quoq;
non librorum possessio, sed usus, est
eruditionis instrumentum, eamq; uelut
ab ipso fonte conseruat. Neq; ut corpo-
ris exercitationes negligamus cōuenit,
sed missis ad palestræ præfertos liberis,
eas commode colicuremus, & propter
corporis elegantiā, & ob robur parans-
dum. Siquidem in pueris bona corpo-
ris habitudo, magnum habetur pulchræ
senectæ fundamentum. Deinde quem s.
admodū in tranquillitate res ad tempe-
statē necessarias q̄rere & parare oportet,
ita in iuuenta temperantiam & mode-
stiam senectuti uiaticū reponere decet.
Eo uero modo corporis labores insti-

tuentur, temperabuntq; ne illis exhau
sti, ad literarū studia deficiamus. Nam
Plato ait, somnū & laborem studiis es-
se inimicos. Sed quid in histatopere meo
tor, quin illud quod omniū est præcipu
um, q; primū eloquor. Sunt pueri ad cer
tamina bellica exercendi, cum iaculan
do, tum sagittando, uenandog; Res eiū
prelio deuictorum sunt uictoribus præ
mia præpositæ, bellum autē in umbra
formatam corporis habitudinē non reci
pit. Qui tñ agilis est miles, bellicisq; cer
taminibus assuefactus, athletarum &
hostium ordines, facile perrumpit. Di
cat aliquis, Tu ingenuorū puerorū insi
tutionis exempla pollicitus, dephendes
ris palam pauperū ac populariū educari
onem paruifacere & cōtemnere, solisq;
diuitibus formulas idoneas, præcepta
dare uelle. Ad hæc respondere sine ma
gno negotio possum. Cuperem equidē
omnibus ex æquo cōmodam fore educa
tionem, uerum si qui sunt, quibus adeo
exigua est familia, ut per inopiam meis
monitis.

L I B E R O R V M

monitis uti nequeant ,ii fortunam, nō
me , qui huiusmodi attuli consilia, accu-
sent. Quantum igitur possunt, pauperes
etiam, contendant atq; eritancur, opti-
mam puerorum educationem institues-
re ac perseQUI . Quod si datur minus, ea
saltem, qua possunt, utantur. Hæc obis-
ter dicenda ac perstringenda putauI,
quo alia etiam ad rectam iuuentutis edu-
cationem pertinentia subiungam . Pue-
ros ad honesta studia , uerbis & monitis;
non plagis ac uerberibus perducendos
esse affirmo. Videntur enim ista seruos-
rum conditioni magis quam ingenuos-
rum conuenire : fastidiunt namq; & ab-
horrent labores,cum propter plagarum
dolorem , tum propter contumeliam .
Laus uero & uituperatio omni cruciatu-
in ingenuis sunt efficatores , illa nimisū
ad honesta concitans, hæc à uitiis coer-
cens. Vicissim autem obiurgationi-
bus & laudibus utemur. Cunq; eos alii
quando increpationibus gaudere sense-
rimus, in pudorem deducemus, mox lau-

O

dibus reuocabimus. Quia in re nutrices nobis imitandæ proponuntur, quæ infantibus eiulantibus, ut eos solentur, dant denuo mammā. Neq; tamen laudibus inflentur atq; attollantur, cum es-
cunt enim nimiis laudibus, delicatoresq;
fiunt. Porro, uidi patres nonnullos, qui
bus amor nimius in odii causam uertit:
sed quorsum istuc pertinet quod dicere
uolo, id, ut oratio fit clarior, exemplo
ostendam. Dum festinant, quo pueri
quam cito. in omnibus ad primas aspi-
rent, immodicos eis imponunt labores, in
quos uelut renuentes incident, atq; aliis
etiam grauati ærumnis, inuiti ad discen-
di munus accinguntur, neq; facile tradi-
ta discunt. Ut enim plantæ aquarum me-
diocritate aluntur, abundantia autuffo-
cantur, ita animus modicis laboribus
augetur, nimiis uero obruitur. Itaq;
pueris remissio quædam & laborib⁹ con-
cedatur, in quo meminisse debemus, ui-
tam humanam in laboris laxationem
& intentionem eis diuisam. Hinc non
modo

L I B E R O R V M

modo uigiliae sunt repertæ, sed & somnus: non modo bellum, sed & pax: non modo tempestas, sed & serenitas: non modo operationes, sed & feriæ. Atq; ut breuiter dicam, Requies est laboris cōdimentum. Neq; id in animantibus solum, uerum etiam in inanimis usuuenire uideamus. Siquidem arcus & lyras remittimus, ut aliquando intendere possimus. In uniuersum dico, corp⁹ quidem seruari repletione, abstinentiaq;, animū uero labore remissioneq; eius. Sunt patres nonnulli increpatione digni, lieni posteaquam paedagogis & magistris pueros cōmisere, ipsis institutioni neq; oculos neq; aures amplius adhibent, qui sane ab officio suo quam longiss. recedūt. Ad ipsos enim spectabat subinde paucis interiectis diebus de pueris specimen capere, neq; in mercenarii studio spem omnem sitam habere, illi nimirum, si fibrationem ubiq; reddendam sciant, maiorem curam & sollicitudinem in pueros impendent.

O ii

Huc Hippocomi dictū magna cum gra
tia quadrat , Nihil æque pinguefacere
equum atq; domini oculum. In primis
puerorum memoria exerceri atq; assue
fieri debet, quippe quæ scientiæ sit re
positorium. Vnde Musarum matrem
Mnemosynen esse sunt fabulati , sub ins
uolucro indicantes , nihil ita ut memori
am producere & alere posse. Hæc qui
dem in utramq; partem exercēda uenit ,
sive natura & ingenio ualeant , sive obli
uiosi sint pueri . Naturæ enim abundan
tiam confirmabimus , defectum sarcie
mus , atq; illi quidem alios , hi uero seip
sos uincent : Egregie igitur dicit Hesio
dus , Etiam si paruum paruo addas , si ta
men id frequenter facias , efficietur for
san magnum quiddam . Neq; patrum
quenquam lateat , memoriæ pattem
quæ in discendo adhibetur , non solum
ad eruditionem , sed ad quascunq; uitæ
actiones , nō minimum afferre momen
tum , quandoquidem rerum præterita
rum memoria & recordatio , bene con
sulendi

L I B E R O R V M

fulendi de futuris exemplum præbet. A turpiloquio pueri amoueantur, nam oratio facti umbra esse dicitur & Demo crito. Comes deinde ut sint, atq; affabiles detur opera, siquidem nihil tam odio dignum quādū difficiles mores. Neque etiam familiaribus sint odiosi, neq; se ita comparent, ut re aliqua proposita omnino nemini concessuri. Non solum uincere est honestum, sed & uinci scire ubi uictoria nocua sit futura, est nang; res uera Cadmea uictoria. Locupletissimū cumq; sapientissimum testem habeo Eu ripidem dicentē, Si duo differant alterq; ira commoueatur, qui non repugnauerit, is merito sapientior habetur. Ea nunc dicenda restant, quæ nullo ex hac tuis dictis, sunt inferiora, quin immo magis iuuentuti appetenda. Hæc dico, uitam agere minime delicatam, lingua continere, iram superare, manus abstineere. Cæterum de singulis, quantum unumquodq; possit, seorsim explicandum uidetur, exemplis enim cognitu fa-

ciliora fient. Ut uero ab eo, quod ultim
mo loco posueram, principium faciam.
Reperiuntur aliqui manus illicitis lucris
adhibuisse, atq; omnē anteactæ uitæ lau
dem amississe. Gylippus Lacedæmonius,
quoniam sacculos pecuniarū soluerat,
sparta est exactus: iræ non esse obnoxio
um, id sane uiri est sapientis. Socrates
cum eū iuuenis quidam ualde audetis ac
impurus, calcibus impetuisset, uideretq;
ob eam rem circumstantes indig nari, ita
ut iam illū persecuti essent. Num etiā,
inquit, si me asinus calce pugnisset, uos
in illum recalcitrare uelletis & minime
tamen propositū suum tenuit. Nam om
nes nihilominus adolescentem insecuri
calcitronemq; subinde inclamantes, ad
testim usq; adegerūt. Adhac Aristophan
e ne nebulae edente, omnīq; eum afficien
te cōtumelia, cum ex familiaribus quidā
ea recitasset & repræhendisset, percunta
tus, An non indignaris Socrates & respō
dit, Minime gentium, perinde enim ut
in conuiuio aliquo magno, in theatro
perstrin

L I B E R O R V M

perstringor. Sunt isti cognata & similia
quæ Archytas Tarentinus & Plato feceris
se traduntur. Ille enim cum à bello, in
quo imperator fuisset, domini reuertere
tur, terramq; incultam conspiceret, uo-
cato eius cultore. Plorares, dixit, nisi
ualde iratus essem. Plato autem in ser-
uum luxui deditum planeq; sceleratum
commotus, Speusippo fororis filio, quē
ob eam rem uocauerat, dixit, Hūc tu ab
daustum pulsato, ego ualde irascor. Diffi-
cile est imitatu, inquis, fateor, attamen
quantū potest, enitendū nobis est, ut isto
rum innixi exemplis, immodicam illā &
plane furentē iram temperemus ac eohi
beamus. Neq; nos pbitatis illorum atq;
experienciæ sumus æmuli modo, sed ni-
hilo inferiores illis, ac quemadmodum
sapientiæ sacerdotes, quoad eius fieri po-
test, ista ut auellamus atq; imitemur co-
nabimur. Nunc, quemadmodū propo-
sui, superest ut dicā, quo pacto sit lingua
coercēda, Id si quis rem uilem & facilem

O iiii

putat, plurimum à recto aberrat. Sapientiæ namq; datur & adscribitur, taciturnitas oportuna, atq; omnis orationis laude est præstantior. Maiores itaq; nostri uidetur secreta instituisse sacra, ut in his tacere docti & assuefacti, quem à Diis cōcepimus timorem, eum ad secreta humana custodienda transferremus. Néq; quenq; tacuisse pœnituit, locutos autem esse, plurimos. Tum tacitum efferre & propalare, perquā facile, sed quod semel dictum est, reuocari nequit. Multos auditu accepimus, ob linguae incontinentiam in calamitates maximas decidisse, quos quidem missos faciam, unius saltem aut alterius, exempli causa, meminero. Ptolemæus Philadelphus, Arsinoen sororem cum uxorem duxisset, dixissetq; Sotades, In foramen impiū aculeum immittis, est is in carcerem coniectus, ubi multo tempore contabescens intempestiuæ loquacitatis pœnas nō immitas dedit, atq; ut aliis risus materialiter exhiberet, ipse diu multumq; plorauit,

L I B E R O R V M .

ravit. Similia sunt , atq; adeo grauiora ,
q Theocritus sophista dixit , & passusest . Imperauerat Alexander græcis uestes
purpleas parandas , quo post redditum
iusta uictoriæ belli barbarici exolueret .
Ad id cum & populis in capita conferre
tur argentum , Prius , inquit , Theocritus
dubius eram , iam aperte sentio hæc esse
purpuream Homeri mortem . Ob quod
dictum inimicum habuit Alexandrum .
Idem Antigonū Macedoniæ regem lu-
scum , oculi defectu exprobrato in iram
nō modiocrem cōmouit . Miserat is ad
illum Eutropionem Archimagistrū , iam
tum ad dignitatem euectum , utq; ratio-
nem daret & acciperet , uolebat : hæc cū
sæpius ad Theocritum detulisset , scio in-
quit , q me crudū Cyclopi uis appone-
re , ita exprobrans alteri q mutilus , alte-
ri q cocorum magister fuisset . Ad quæ
Eutropion , & tu igitur caput non habe-
bis , effrenataq; huius diçacitatis atq; in-
saniae poenas pédes . His regi renūciatis ,
misit is cōtinuo aliquos qui illum inter-

P L V T . D E E D V C .

ficeret. Pueri quoq; qd' oim est sanctiss., in primis assuefiat ueris dicēdis, menda ciū em seruile quiddā est, oimq; hoim odio dignum, neq; seruis mediocribus ignoscendū. Quæ hactenus de puerorū cōcore & modestia disserruimus, sine ul la dubitatiōe & diligēter sunt pronūcia ta, sed q; sequunt, in his sum incertus, ac diuerse trahor, iā huc, iā illuc īminens, uelut in statera cōstitutus, neutro tñ de clinare possum, multūq; uereor & timeo seu rem istā suadēa, seu dissuadēa. Verū circunq; se habet, est tñ pferendū. Quid istuc inq; s' nū puerorū amatoribus per mitti debeat, ut cū ip̄is uersent & cōsue tudinē habeat, an uero sit poti⁹ magisq; cōueniens, ut ab eorū cōgressu ac familiariitate arceant repellantq;. Siquidē res spicio in patres tristes illos, duros atq; acerbos, qui ob liberorū cōtumeliā minime ferendā amatorū cōuersationē iudicant, uereor eius esse auctor & suafor. Cōtra, si Socratē, Platōnē, Xenophontē, Eschinē, Cebetē, oēm illū ordinē uiro rum

L I B E R O R V M.

rum, q̄ simul masculos amores pbaue-
runt, simul iuuētutē ad doctrinā, ciuili-
tatē, morūq; pbitatē perduxerūt, itueor,
illlico aliis fio, atq; ad imitationē illorū
deflecto. Suæ quoq; sentētiæ affinē & so-
ciū hñt Euripidē dicentē, Atq; est amor
quidā aliis in mortalib⁹ animi iusti, mo-
desti, & boni. Neq; qd Plato cū diligētia
et gratia dixit, pteundū, ait uero, Bene
meritis liberum ac licitū esse debere, ut
quos uelint amēt. Eos quidē qui pulchri
tudinē atq; ætate seqrenf, abigēdos esse:
Qui uero animū amplectentur ac sus-
spicerent, omnino comprobandos, Tum
eos amores, Thebis & Elide colerentur,
quiq; Cretensis appellaref raptus uitans-
dos, qui uero Athenis & Lacedæmonē,
acciopiendos, atq; eum etiā qui in puer-
os existit imitandū. De iis quisq; prosui-
ani sñia statuat, ego uero qm de puer-
rū institutiōe recta & elegātia dixi, ad a-
dolescentiā trásibo, de ea quoq; pauca di-
sturus. Sæpe increpare solit⁹ sum nōnul-
los pessimarū cōsuetudinū auctores, quā

P L V T. D E E D V C.

pueris quidē pædagogos, & magistros
præfecerunt. Adolescentes autem impe-
tus suos liberi exequi permiserunt, cum
diuersum facere longe fuisset cōsultius,
maioreq; cura in istis q̄ in pueris cauere

Quis em̄ nescit puerorū errata parua
esse, atq; om̄ino sanari posse, ut quæ for-
te, uel pædagogi contemptu, uel man-
da torū magistri neglectu oriāntur. Ju-
uenum autem delicta s̄epenumero per-
magna & calamitosa cōspiciunt, nimis
rum uentris studium nimis, paternæ pe-
cuniæ furtæ, tali, cōmessatiōes, potatio-
nes, uirginū amores, ædium, uxorūq;
alienarū expugnationes. Horum igitur
Impetum summa cura & diligētia restrin-
gere ac cohibere optebat. Nam uis uolu-
ptatum, & conamē, lasciuum quiddam
est, temerariū, & freno īdigens, ideoq;
nisi quis hanc ætatem diligenter obser-
uet ac custodiat, inscius atq; imprudens
uitiis concipiendis, ansam materiamq;
præbuerit. Ad prudentes itaq; spectat pa-
tres hoc tempe in primis cauere, custo-
dire

L I B E R O R V M.

dire, uigilare, & ad modestiam adolescentes reuocare, præceptis, minis, preçibus, consilis, & promissis ostendere: præterea exépla delapsorū per libidinē in calamitates, per fortitudinē uero gloriam & laudem nactorum. Duo namque sunt, uelut elementa & principia uirtutis, expectatio honoris, & timor sup̄plicii. Illa ad rerum honestarū studia aletiores uehemētioreſque, hic ad mala patranda tardiores facit. In sūma, arcendi sūt pueri & malorū cōsortio & cōsuetudine, fere em̄ aliqd improbitatis illorū deportant. Id quod Pythagoras quoque sub inuolucris quibusdā denunciauit ac præcepit, ea ego proposita interprabor, maximū em̄ momentū parandæ uirtuti afferre uidentur. Ne gustaris ea, quibus nigra est cauda, id est, ne familiaritatē habeas cum iis, qui ob morum improbitatem tetri existimātur. Stateram ne transilias, habenda est ingens iusticiæ ratio, eaque minime oīm transgredienda. In chœnicē ne insideas, inertiā fugias, ac

P L V T . D E ' E D V C .

de uictu necessario parado puidas, Nē
cuiuis dexterā inieceris . i. nō facile & te-
mere cuiuis cōciliere . Arctū annulū ne
gestato, siquidē uitam studiose oportet
colere, neq; ea uinculis astringere . Fetro
ignē ne fodito, iratū ne laceſſas, neq; n.
decet, sed cōcedere iratis longe est poti-
us . Cor ne edito, animū ne lædas, ipe cu-
ris eum conficiens . Fabis abstineto, ne te
administrationi Reip. admisceas . Nam
antiqtus suffragia per fabas ferebant, q.
bus Reip. administrandæ munus uel de-
ferebat, uel abrogabat, nōnunq; etiā in-
fligebat pena . Cibum in matulā ne im-
mitas, ostendit uero sermonē urbanū in-
hoīs improbi animū nequaq; iniiciēdū,
qñquidem oratio sit animi alimentum,
quā hoīm nequitia ipurā reddit . Ne re-
uertaris cū ad finē pueris . i. qñ moritu-
rus uitæ finē adesse uides, id æquo feras
aio, neq; te afflites . Sed reuertar ad id, q
initio orationis pposuerā, pueros ut se-
grees, dixi, ab oībus malis hoībus, in
priūmis autē ab adulatoriībus . Et qđ ego,
cum

L I B E R O R V M.

cū sāpe , tū apud multos parentū p̄dica
re soleo , iā quoq; assero & cōfirmo . Nul-
lum nimirū esse hoīm genus pestilētius ,
qdq; magis ac celerius p̄cipitem , det iu-
uentutē , q̄ adulatores . Patres em̄ simul
cū liberis radicitus euertunt , dum illorū
senectutē , itc tū uero iuuentā miseram
atq; afflictā habēt , eorūq; consilia uolus-
ptate uelut esca ineuitabili cōdita exhi-
bent , liberos diuites p̄es sobrios esse iu-
bent . Cōtra , illi inebriari , isti modestos
esse & téperantes : illi lasciuire , isti parsi-
moniæ studere : illi absumere & pdigere
isti opus facere : illi otiali , uitam enim
temporis punctū esse dictitant , quapro-
pter uerā , non uilem & umbratilē uitā
degere optere . Tum nō sunt nobis respi-
ciēdæ patris minæ , dictitat , est senex de-
lirus , capularis , & larua , eū breui subli-
mem efferemus . Nec defunt qui scorta
polliceant , indicat ac cōpellent uxores a-
lienās , ac qd patris in senectute uiaticū
esse optebat , iminuerint ac dep̄dati sint .

Quid multa? sc̄eleſtū est hoīm geniū, a
micitias ſimulās, oīsq; libertatis & inge-
nuitatis expers. Adulanſ diuitib⁹, pau-
peres deſpicatui habēt, tanq; ex lyrica ar-
te ad iuuenes delati, hiant ubi reges riſe-
rint, animi ſūt ſuppoſititia qdām & ſpu-
gia uitæ mēbra. Ac dū ad diuitū nutū ui-
tunt, fortuna & conditione ſunt liberi,
uolūtate ſerui. Et ſi nulla afficiant cōtu-
melia, tū ſibi iniuriā fieri arbitranſ, ne ſ.
fruſtra atq; īmerito cibū cepiſſe uideāt.
Idcirco, ſi quiſq; patrū recte educationis
liberorū curā habet, iſ ſane aboīandas
iſtas feras abiget, atq; omnē familiariū
malitiā repellet, ſoli nanq; iſti optimo
cuiq; ingenio corrūpendo ſufficiūt. ſūt
hac quidē honesta & recta, q; uero poſt
dicent, téperata & humana. Neq; uelim
patres oīno diffiſiles ac duros natura eſ-
ſe, ſed ſæpenumero aliqd delictorū iuuē-
tuti tribuere ac cōdonare, & meminiſſe,
ſe quoq; oī iuuenes fuifſe. Et quēadmo-
dum mēdici amara medica mēta dulci
aliquo liquore téperantes, delectationē,
uelut

L I B E R O R V M

nelut uiam ad utile inuenient. Sic præsentes obiurgationum severitatē māsue
tudine mitigabunt, atq; aliquando libe
rōrum cupidini indulgebunt, habens
laxabunt, nonnunquam adducent, atq;
oīno & quo animo ferent errores & conte
gent. Sin minus, ira perciti, cito tamē
defervescent. Magis enim conuenit, pa
trem in iram prouum esse, quā eam diu
tenere: iræ namq; diuturnitas, animusq;
ad reconciliandum difficilis, non paruū
est odii in liberos argumentum. Neq;
incommodum fuerit, peccata quædam
neq; resciuisse uideri, iisq; oculorum au
xiūm q; hebetudinē, quam senectus affer
re solet, prætexere: ita ut quanq;, quæ fi
ant, uideamus atq; audiamus, ea tamē
nos uidere & audire dissimulemus. Ve
rum enim uero amicorū errata ferimus,
quid mirum si idem in liberis faciamus &
accedat & illud, quod seruorum se se in
gurgitantium ebrietatem sāpe non re
prahēdimus. Parcior fuisti aliquando,
præbe sumptus: indignatus es aliquādo,

P L V T . D E E D V C .

da etiam ueniam : per seruum pauit aut
imposuit , iram contine . Ex agro sustu-
lit iugum . Rediit uesperi ebrietatem spi-
rans , ignota . Vnguentum olet , tace .
Hoc quidem pacto lasciuens iuuentus
domatur . Quod si qui sunt à uoluptati
bus omnio uicti & superati , neq; obiurga-
tionibus quicquā deferunt , tales tu nup-
tiis uincito , id enim est ualidissimum ita
uentutis uinculum . Despondere autem
oportet filiis neq; multo nobiliores neq;
ditiores . Suæ namq; conditionis parem
ducere , est sapientis . Nam qui multo
præstantioribus se iungunt , non uxori
mariti , sed dotis serui imprudentes effici-
untur . At uero pauca ubi addidero , præ-
ceptiones nostras absoluam . Ante om-
nia oportet patres omni uitio vacuos es-
se , atq; in omnibus , quæ fieri debent ,
clarum de se ipsis exemplum liberis exhibi-
bere , quo in uitam eorum tanquā inspe-
culum intuentes & uerbis operibusq; tur-
pibus auertantur . Eo fit , ut , qui erran-
tes & delinquentes filios increpant , dum
ipsi

L I B E R O R Y M

Ipsi eiisdem delictis impliciti tenentur,
sub illorum nomine se ipsos reos agant.
Qui uero turpem agunt uitam, ii ne ser-
uos quidem, tantum abest ut liberos, lis-
bere corrumpere audent. Adhæc delictorū
eis auctores & magistri existunt. Vbi enī
senes reperiuntur impudentes, ibi ne-
cessē est iuuenes conspicī impudentissi-
mos. Totis igitur uiribus sunt paranda;
quæ liberos ad modestiā inuitent ac de-
ducant. Imitabimur Eurydicen, quæ
quanquam ex Illyrico tribarbara esset,
ut tamen filii recte instituerentur ac dis-
cerent, prouesta iam ætate se ad litteras
cōtulit. Ac quanto in liberos fuerit amo-
re, satis abundeq; declarat epigramma,
quod Musis dicauit, Eurydice Hierapoli-
tana hanc telam musarū concepto amo-
re, posuit. Ipsa enim cum iam pubescen-
tium liberorum mater esset, literas oras-
tionum præceptionumq; monumenta,
discere tentauit & studuit. Omnes istas
quas diximus, præceptiones, tenere ac
complecti, uoti fortassis potius fuerit

quam admonitionis. Immo multas satem ex ipsis consequi, felicitatem requirit & diligentiam multam, sed tamen natura humana ea efficere ac præstare potest.

F I N I S .

**PHILIPPI ME
L A N C H T H O N I S , D E I N
stituendis pueris , præcepta.**

Debent adolescentes in incessu , uerbi
stitu , sermone & gestu , modestia
summa diligentia conseruare, Pertinet
enī ad animū , si quid in his ineptiarum
fuerit , non modo quia dissimilitudo , &
nouitatis affectatio , sūt indicia uanita
tis. Capti enī his nugis , mirifice sibi pla
cent , ac se se mirantur. Sed etiam quia le
uitatem animorū & pleraq; ingentia uir
tua alunt. Nam cum initio in paruis re
bū discesserint à cōmunib⁹ morib⁹ , & ad
sueuerint iudicia gravium uirorum con
tem

temnere, fit, ut paulatim oem pudorem
ac uerecundiam, deinde publicarum le-
gum metu, prorsus ex animo eiiciant.

In Tigellio taxat hmoi uarietatem moru
Horatius, cum ait, Nil æquale homini
fuit illi, etc. Sed multo grauius hmoi ui-

tia notauit in Juliano. Imp. Gregorius

Nazanzenus, coniecturam ex illis faci-
ens de animo. Qui locus pueros admo-
nere potest, ut maiorem curam adhibe-
ant, ne quid motu, statu, sermone, or-
natu, tanq; in actione, indecoru admis-
tant, quodq; ab approbatione oculoru-
atq; auriu in bonis uiris abhorreat. Idé
præcipit Paulus. 1. Thessalon. 4. cum ait.
πει πατέτε διγημόνος πρὸς τὰς ἔργα.

M A L A B I N S T I T U T A B

iuuétutis exemplar, Julianus

Imperator, ex Gregorio

Naziázeno, Phil. Mel.

interprete.

HAec alii experientia cognouere, &
Innotuā eius licentia declarauit, qua-

ut̄ cœpit postquā imperio potitus est.
Ego multo ante p̄sensi, cum Athenis eū
uiderem. Nam cū aduersus fratrem no-
uarens̄ res, illo uenerat se purgaturus.
Duplex autē ferebatur cauſa eius pere-
grinationis: altera honesta, ut lustraret
Græciā & Scholas. Altera arcana & pau-
cis nota erat, ut cū idololatris de sua uo-
luntate cōmunicaret, cum nondū lice-
ret admodū consuetudinē habere cum
gentilibus. Tum ego de Iuliano probe
diuinaui, tametsi non sim uates, sed fe-
cit vate morū Iuliani inconstātia & ma-
gnitudo admirationis. Est em̄ ille, ut as-
iunt, optimus vates, qui bene coniecta-
re nouit. Itaq; mihi minime bonæ men-
tis inditia uidebant. Versatile collū, ui-
brantes humeri, & uicissim exultantes, A-
spectus tristis, oculi passim uagantes, &
truculentia præ se ferentes. Pedes insta-
biles, & alternis geniculat̄es. Nasus cōtu-
meliā spirans & fastidiū. Habitus oris ri-
diculus, quoquo modo se cōponeret. Ca-
chinnia immoderati. Hiatus ingens, nue-

L I B E R O R V M.

re, renuere tacitū , sermo interruptus.
Interrogationes confusāneæ ac stultæ.
Responsiones nihilo saniores, & ad irri-
dendū auditorē cōpositæ , nullo ordine
incogitatē effusæ. Quid singla depingā
Talis mihi anteq̄ accederet ad R.emp.uī
sus est , qualē postea res gestæ ostēderūt.
Et si q̄ adessent corū qui ibi uel audieūt,
uel animaduerterūt illa , hos testes face-
rem , me, postq̄ illa uidi , dixisse , O quā-
tum malum alit Respub.Romana.

Haganoæ per Iohan.Sec. Anno

M. D. XXVII.

Mense Iunio.